Kupiono w antykwariacie „Lamus Heraldyczny"
w Warszawie, dnia 20. IV. 1937. [Katal. N° 8 poz. 422]

CONSILIUM LUDOVICO XIII. GALLIÆ REGI, SUB EXITUM BELLI, ADVERSUS PROTESTANTES SUSCEPTI, SUGGESTUM A VIRO POLITICO, ET PATRIÆ STUDIOSO.

Belli scopus et extrema linea, clausula et finis, ab omnibus mortalibus, sine controuersia, pax iure censetur. Porro ea parabilis est, vel fœdere, seu pacificatione, vel victoria plena et inconuulsa. Via ad fœdus videtur interclusa, vel saltem obsepta et obsessa diffidentia reciproca, mutuis simultatibus, alternantibus iniuriis, duplicis religionis incompatibili soliditate et restauratione; necnon imperceptibili gentium et familiarum illustrium (dissidiis internecinis et implacabilibus, discidiis, diuortiis, et odiis inexorabilibus, inclementibus et plusquam vatinianis laborantium, dissidentium ac in arietantes aduersis cornibus factiones, scissarum) unione et concordia. His adde, conditionum et capitum, quibus coalescere et coagmentari pax rite possit, inexplicabilibus erroribus circumductam, ~~et~~ ambagibus inextricabilibus et gyris circumagentibus adeo obnoxiam perplexitatem, ut nemo sit, quantumuis ~~pe~~ perspicax, qui penetret in pacis illius, votis nostris præcipitandæ, confinium et collimitium, eiusque auspicatū exordium, progressum optatum, expetitum exitum, oculo mentis sagacis perlustret.

Has salebras ægerrime, non citra impensissimū laborem, enixissimam solertiam et sumam authoritatis plusquam humanæ, benedictione et fauore extraordinario suffultæ contentionem, superabiles esse, vt non inuitus concedo, ita etiam hæc impedimenta summouenda, hæc repagula diffringenda, istas fossas complendas, montesque vallibus æquandos esse, priusquam probe strata sit et munita pacificationis via, SERENISSIME ET CHRISTIANISSIME REX, ORBIS CHRISTIANI REGV ARBITER ET OCELLE, duco, rationum pro hac sententia militantium exercitu subactus et domitus, necnon conscientiæ dictamini et imperio cedens, censeo.

VICTORIA vero (vt et cætera quæ a nutu et arbitrio nostro non pendent, sed a numinis manu et brachio cœlesti emittuntur) ambigui euentus, nutantis vtrinque, fluctuantis et æstuantis exspectationis coniectura ancipiti et vacillante præconcipitur. Anteactorum sæculorū prisca, minus remota, quin et recentior memoria, ignorari a nobis non patitur, quam ardua sit et quantæ molis victoriæ conducibilis, neque Cadmeæ, adeptio, quam fluxa et labilis, quam vitrea et fragilis, quam periculosa alea plena eiusdem possessio et fruitio; quam denique subinde et identidem tragicus et plusquā fœmineo vlulatu dignus sit eiusdem exitus; contestantur et nostræ gentis, et aliarum nationū per orbem Christianū diffusarum, Annales, et historiæ elogiis non indigna monumenta.

Thesauri, et neruus belli, pecuniæ vis eos deficit. Quid tũ? Vt præteream ab illis dispensationem parcissimam et prudentissimam institui, multiplex ratio et via gazas corrogandi et contrahendi, ærariumque adaugendi illis suppetit. Quotquot populares sunt illius factionis non modo rem familiarem vniuersam profundent alacerrime, sed etiam libertatem prostituent et vilem ducent, vt spem tuitionis illius animo conceptam, armisque asserendæ ac vindicandæ, foueant. Neque desunt Principes et populi externi, qui hanc causam ad se pertinere putant, calamitatem eorũ a sua non seiungunt, sed exitium suum eorũ ruinæ innectunt, et ita ratiocinantur ac si ad sui victoriam illorũ subuersio instrumentũ futura sit, quasi per illorũ latus confodiantur et transfigantur, et ad prouinciarũ suarũ direptionem expediendam, nonnisi per rudera spolia et cadauera illorũ pateat aditus: idque vnice a nobis agitari, vt subrutis et conquassatis Gallorũ protestantium libertatis fundamentis, simul eademque opera libertas aliorũ quaquauersum disiectorum, velut cuniculis actis suffodiatur. Qui Principes externi cũ antea factionis clancularii fautores fuerint, manifestarios se prodent et eiusdem in posterũ promotores, cum potissimũ hac tempestate inter se consociati sint.

Neque colluuie et fæce plebis effuso impetu concitatæ et cæca ferocia in Regem incurrentis ac cœlum furiose lacessentis et impetentis constare hanc multitudinem existimemus, ex ipsorum gestis prudentiã medullam, disciplinæ harmoniam concinnam, Ducũ et præfectorũ continentiam ipsis inhærere non est obscurũ. Hi enim in armis exercitati, animosi et generosi, desperationis œstro perciti, quique consilia et technasmata, factionem et coniurationem artificiose contextam et diuturna meditatione digestam coquunt: neque modo sermocinatione et vocis organo thrasonicam audaciam induunt et lingua circũferunt, sed in primis exequuntur dicta et concepta callide et calide, vita ut effata et pronuntiata res non moretur. Obsequentes enim experiuntur incomparabili facilitate milites vltroneos, dum oẽs et singuli, causam communem, discriminis et criminis infamiam et nouissimum belli euentum, denique in eo cardine verti iacturam rerum charissimarum, vitæ, familiarum, facultatum, coniugum, liberorum, honoris, dignitatũ, de quorũ omnium possessione deturbandi sunt. Metus ille efficaciter in pectora adactus desperationem procreat, cum desperatio docilitatem inducit, et ad disciplinam ac legũ sectam cereos præstat. Iuuat etiam concepta de præfectis opinio æquissima: quippe ambitio illorũ cancellis arctissimis circumscribitur, et auaritia, quamuis inexplebilis et profunda restringitur: Quinetiam consensus sancta et inuiolabili lege inter eos sancitur et fouetur necessitate illa, quæ a veteribus, BONVM CONCORDIÆ, nuncupata est.

Ex aduerso diuersissimus est castrorum tuorū, MAXIME REX, status, sors et conditio. In exercitu tuo circumuolitant et grassantur diræ animorum pestes, rixæ et contentiones, inuidia, æmulatio, ambitio immensa, auaritia et libido infinita, de primatu controuersiæ innumeræ, disciplinæ militaris fœdissima corruptela, et inde emanans licentia effrænis. Indidem nascuntur et emergunt, ea quæ velut agmine facto regiis copiis incubuere, mala, quæ publicæ et priuatæ societatis ac necessitudinis vincula et nexus plusquam gordios corrumpunt et perrumpunt. Pars eorū qui sub auspiciis Regis militant, pacis studio feruentissimo ardet: Alii liberos, fratres ~~et~~ consanguineos et affines ab auersis partibus stantes in oculis et cordibus gerunt: Nonulli perfunctorie nomina dedere, alii velut obtorto collo in hoc campi Martii scamma rapti prodiere: non pauci religione repugnante eorūque conscientias torquente sagum inuiti sumpsere, indesinenter anxii dū metuunt et reformidant ne suæ religionis progressui et incremento obicem obiiciant et metas ponant. Intersunt etiam nonulli prædæ auiditate ducti: Postremū, ut verbo expediam, conflatus est exercitus M.^{tis} T.^{æ} ex geniorū et ingeniorū dissimillimorū congerie quadam incondita, et massa incomposita, rudi ac indigesta. Patet id ex eo quod iam plurimi dilapsi sint, omnesque et singuli ingemiscant diu prorogatæ et nequicquā traductæ castrensi vitæ, cuius summo tædio et ægritudine incredibili afficiuntur ac perfunduntur. Quo fit ut vel vilissima plebs palā querelis iactatis aerem

diuerberet, suspicionibus horrendis et insectationibus ac expostulationibus truculentis et immanibus oñia compleat et misceat, prout hominū et temporum iniquitas fert: idque minus admirationis mereatur cum mutabilitas et inconstantia, seu rerū nouarum studiū, ut et impatientia congenea sint genti nostræ, nec ab animis nostris vsquā diuellantur, nisi beneficio durissimarū legū, quibus æquato inter oñes iure intra officii septa vnusquisque contineatur, et superbe lasciuientium molitiones coerceantur.
Nec est quod audientem se præbeat M.[as] T.[a] dictis illorū qui authores sunt aut erunt, externos milites conscribendi, qui acceptis tempestiue et ex pacto stipendiis religiosissime et accuratissime pareant, nec ullis obmurmurationibus molestiam creent. Quisquis enim Gallos et externos internoscet, id consilium explodet, ab eoque auersissimū se præstabit. Fiscus et peculiū Regium stipendiis in externi militis gratiam numerandis impar est. Exhausti n. oñes thesauri, et ita parandæ pecuniæ omnes viæ interceptæ, ut paucorū dierū interstitio præter vacuū, nihil reliqui sit futurū. Quorsū igitur euadent genuini et germani Galli? Quid sibi depos[c]ent illi, qui prouentū et fundū, mobilia et immobilia distraxere et alienauere, ut comitatu M.[tis] T.[æ] decorarent, et satellitio suo cingerent. In illorū possessionem cedent et velut hospitio excipientur ab illis penuria, despectus, inuidia, et ægritudo, qua vbertim exundabunt, dum cernent fascinantibus oculis se posthaberi, Burgundis, Hispanis, Italis, Heluetiis, et Germanis sede sua mouendis. Dubio procul momento diffluent Galli, et externi prælium auersabuntur, nisi strage a ciuibus ipsis in viscera sua sæuientibus edita, aperiantur ordines, et acieś inclinare incipiat. Itaque quæstio erit, uter audeat et aggrediatur.

Ad hæc, minimū roboris externo exercitui inest. Regio illis ignota est: quod non leue momentum infert ad victoriam hostilem. Heluetius in sola sui defensione generosus: Italus gloriosū militem solummodo exprimit et effœminatus est: Burgundus numerosus non est: Germanus denique iure nobis suspectus est in religionis potissimū negotio. Inuitaret eos ad defectionem, prædæ e nostris colligendæ opulentia. Itaque, si ad illorū partes, ad quas nutant duplici de causa, eaque sontica, transiret, de nobis actū esset, et conclamata salus in exitii non confinio, sed penetralibus hæreret ineluctabili seruitutis et dominationis tyrannicæ necessitate oppressa. Insuper Punica est, vt plurimū fides eorū, quibus nihil præter pretium in pretio: quā cadauerosa sit Heluetiorum per semestre stipendia facientium facies, quā fluxa non raro fides non semel experti sumus: adeo vt etsi de fide constare posset, pestis tamen fœdissima lues metuenda foret. Hæc n. gens ea supinitate in victu et cultu, eaque spurcitie et impolitie deliciatur, vt porcorū gregem in volutabro se versantem iure reputes. Nec est ille panicus terror, cum contagione, per paucissimos Heluetios, qui pro nobis militant, iam infecta sint castra nostra, quæ, nullo negotio, accedente inedia et penuria commeatus, (qua flagellari et premi ~~[illegible]~~ cepimus) disiicientur et dissipabuntur.

Quod si forsan excipiat quispiam: vnico prælio feliciter comisso, et victoriam in nostrū gratiam producente, exterminabuntur ad vnū, et velut deuoti ~~in~~ anathematī ~~[illegible]~~ populi internecione delebuntur.

Id quidem pro vero haberetur: simodo om̄es in-
uolui possent et illaqueari strage illa horrenda:
Verū iamdudū præteriuere et effluxere illa
sæcula, quibus intercurrentibus die stata, loco
condicto conueniebant hostes congressuri vsque
dū huius vel illius partis omnes et singuli
succubuissent et ad plures iuissent. Hæc ætas
ingeniosior est, vt receptui canat et relifice-
tur, quā prisca fuit acris in obstinatione et
pertinacia pugnæ.

Cædet sex, octo, decem millium debilitabuntur;
non autem plane delebuntur. Furor et amentia
crescet, disciplina impensiore cura exercebitur: om̄ia
a nostris remisse, ab illis exacte præstabuntur: vic-
toriæ comes erit indiuidua insolentia et socordia.
Perfugia illis in pugna cedentibus non deessent
vrbes fiduciariæ et præsidiariæ munitissimæ,
Rupella, portus et emporiū in Oceano celæberri-
mū, Montalbanensis ciuitas opere et natura
validissima, Monspessulensis vrbs iisdem dotibus
commendanda, Castrensis vrbs; necnon insulares
vrbes in oceano, vt et plurimæ in Narbonensi
Gallia et Delphinatu minime contemnendæ,
vt sileam arces innumeras, vixque expugnabiles;
In quibus locis sedem belli terrestris et mariti-
mi statuerent, et eruptione repentina singulis
momentis tentata ceruicibus nostris incubarent.
Clamat Hannibal, inter veteres, victoriam vni-
cā, duplicem, triplicem infidū esse pignus subac-
tionis et submissionis plenæ et absolutæ. Populi
et Principes, qui vno die profligati et desiderati
sunt, vel disciplinæ inexpertæ rei, vel præsidiis om̄ibus
destituti, vel barbariei extremæ et belluinæ naturæ probro
aspergendi, vel pusillanimitatis et ignauiæ vitio cooperti erant.

Galli prisci transalpini et Ligures, quinque præliis fusi leguntur; neque tamen a stirpe interiere. Belgæ et Eburones seu Leodienses frequentissime ceciderunt, cristas interim erigere nusquam desierunt, et lacertos mouere non destiterunt.
Verū præsumat aliquis fore, vt victoria a nobis reportata conditiones quaslibet a nobis præscriptas admittant. Vana ista persuasio est, vbi negotium religionis agitur. Palmæ enim ingenium referunt, qui illius causā sustinent. Quod satis superque experti sumus.
Exurget forsan qui velit eos sēnsim sine sensu de medio tolli. Id fieri non potest; etsi maxime posset, executio illius consilii ad extremam tabem hoc regnū redigeret, et cū citra vim id præstari non possit, serperet latius id malū, et sanguine, ferro, igne, truculentia immani, peste, fame, egestate, anxietate, grassatoribus et latronibus, externorū, qui in possessiones vacuas inuolabunt, multitudine, hæc regio luxuriabit, et instar hydropici corporis intumescet, et exinde in omī corpore politico nullum corpus erit. Ex quo enim primū actū tragœdiæ adornamus et concinnamus, intolerabilia perpetimur incomoda: ex quibus coniecturā de futuro trahere debemus et possumus: et præsentire quantæ maneant nos calamitates, cū exhausti sint omes thesauri, neque supplementū illorū vllū suppetat, commercii libertate per belloꝝ inclementiam et dissensionis ciuilis plusquam inciuilem ferociam elisa, et in ipsis regni portubus ac faucibus suffocata et compressa, neque amplius fluentibus rei familiaris venis, hoc est orbatis prouentu annuo propter frugum corruptelam, et nundinatione annonæ martis furore et rabie interdicta, cohors omnigenarū furiarū iugulabit indifferenter cuiuslibet conditionis homines.

Quid si præsupponamus exstirpatū et recisū iri ōnes.
Innocentium ratio habebitur, et in liberos ac hæredes
nondū adultos clementia saltem exercebitur. Illi
vero furore et amentia animabuntur ~~ubi~~ ad quid-
libet audendū ubi adoleuerint, vindictæ cupiditate
ferocientes et frementes sibi ereptam possessio-
nem patrimonii iure ad se deuoluendi, qua deiec-
tū ibunt iniustos, ut sibi persuadebunt, possessores.
Ultionis tæda ita exagitabit, opumque stimulus
ita punget eos, ut nullo negotio coeant et
vires ac animos coadunent et coniungant.
Hoc pacto non sopietur malū, sed suscitabitur
et fouebitur ac aletur bellū; hydra illa belli
ciuilis horrenda nascetur, quā ~~nemo~~ nullus Hercules
contundere valebit. Idquidem minus formi-
dandū esset in factione leui et infirma. Ast
nunquā coniuratio grauis vel extincta,
vel armis ita repressa est, quin ex cineribus
extinctorum ignis, exurgat et in flammā erumpat,
pristina violentiorem.

Insuper, si contigerit nobis victoria: illius effectus
summopere metuendi essent. Vereri n. debemus
ne ad extrema quæque consilia diro necessitatis
telo subacti deferantur, eaque non minus
illis quā nobis perniciosa. Temporū iniuria,
humana peruersitas, malesuada necessitas,
nihil, præter clades portendunt. Exempla popu-
lorū feliciter iugū regiū excutientium, quibus
instigentur, non desunt: extremamque prius
subirent aleam, quā se permittant et dedant
iis, quos pro hostibus plusquā capitalibus, censent.
Nec est quod spe inani lactemur, quasi macta-
tis primariis illorū ducibus et decussis sum̄is
capitibus, reliqui iugulū ultro præbituri sint.
Supersint modo bini, alter alterius per vices præibit.

7

Reliquū est vt statuamus, syluestrem, efferatam, dementatam, exlegem, lymphaticam, effrænem fore Galliā, et nulla numinis reuerentia, nullo regii nominis cultu, tantum silentibus legibus fore ærumnosissimā, et iudiciis Dei sustinendis ad extremū inhabilem, vbi iisdem obruta iacuerit.

Quod si ex aduerso victores, quid nos futuros censemus? Illi quidem victi non desererentur a fœderatis: quippe causa communi gaudent, fructu, periculo et euentu eodem potientur. Hac ratio illos largitionibus incorruptos præstat: qua via maxime in bello ciuili grassantur aduersarii, dū auro propugnacula qualibet euertunt. Hostes Protestantium crescere nequaquā, decrescere vero facillime possunt. Clientes enim et fœderati regis, defectione partes nostras attererent, et citra dubitationem a nobis deflecterent, eadem ratione moti qua inducuntur, vt in speciem partibus nostris accedant: sectantur enim Regem partim securitati suæ prospecturi, quā M.tem T.am viribus superiorem impræsentiarū cernunt; partim depellendo terrori operā dantes, dū authoritatis tuæ manu telū vibrandū in honorū vel facultatū præiudicium declinare student. Id factitarunt Nobilissimi illius Caroli Burgundiæ Ducis amici, qui in prima pugna infeliciter aduersus Heluetios commissa fœderi cū illo inito nuntiū remiserūt. Innumeri autem sectatores M.is T.æ sunt, qui religionis omnis incuriosi, de damno depellendo et lucro eliciendo sollicitii, e vestigio hostilibus signis se se aggregarent. Vtque arctius vrgeamus propositū, quarta pars exercitus nostri Protestantiū et religioni et partibus clam addicta est; eaque sine grauamine et molestia exorabitur: externi itidem sine mora fœdus-cines vero religui momento euanescent, vt comitere est ex iis quæ de Anglia bellis ciuilibus in Annalibus Britannicis inserta circumferuntur et produntur.

Deus vitæ meæ dies potius contrahat, quam ut sim
superstes victoriæ ab hostibus reportatæ. Quod
si n. mutata retrorsū ~~mutu~~ feratur aura
nobis aduersa, monarchiæ nænia celebrabitur,
et de funere ac busto Galliæ feralis trium-
phus a Gallis ipsis adornabitur, et iustissimæ
Libertatis vindiciæ ab illis susceptæ videbun-
tur: neue palpando et supparasitando ac
poppysmis animos nostros deliniendo, os subli-
nam, fucū veritati illinā, nubem obiiciam et
peripetasma affabre structū obducam,
miraculū sit, si victor victi iugū et domina-
tionem subeat.
Atqui nunquā aciem instruemus, copias hosti
admouebimus et manus conseremus, quin vic-
toria in manibus nostris sit: quasi vero Deus
humani generis regimen excusserit, vel eo ex-
cussus sit, ut res mortaliū non dirigat, ut
pugnarū euentū non ordinet. Mortales consilia
sua pertexunt: At Immortalis telam illam
interturbat, dissuit et lacerat. Ethnicos non
latuit incertus certaminū exitus, dū aleam
sortem et fortunā prælii dicerent. Soli lucem
commodarem simodo rem in perspicua luce
positam exemplis illustrare aggrederer.
Nemo nescit quā tenui filo suspensa
hæreat in æquilibrio stans VICTORIA, a qua
nonunquā depellit solis ardor, nimbi casus,
locus iniquus, armorū diuersitas, multitu-
do confusionem et hostis contemptū promouens:
Quinetiam adigi non possunt ad pugnæ experi-
mentum, quin viribus pares vel superiores existant,
cum portus obtineant, et sui iuris habeant urbes.

et propugnacula fluminibus decumanis
imposita: ex quo exsculpitur cunctatione
diuturna tractū iri bellum et in languorem
agmine calamitatū stipatū conuersum,
dū vltro citroque milites hostem horrebunt,
prædā affectabunt, imperiū ambire, obsequiū
flocci facere, legum repagula perrūpere et
temerare, authoritatem Regiam pessūdare,
in licentiam degenerare, politiam et discipli-
nam honestam conculcare vnice molientur,
et quā longissimè extra rationis et officii
numerū se mouere ac recedere vehementis-
sime et summa ope annitentur; ita vt
neque nos, neque liberi, neque nepotes
huiusce belli conclusioni calculū suum
addituri sint, et multo minus morū muta-
tionem obseruaturi. Quippe hoc bello in con-
tumaciæ gurgitem, in dissolutionis abyssū,
in barbariei et luxus omnigeni naturam
euertentis baratrū immergent se se et
præcipitabunt, adeo vt emergere non detur.
Hoc pacto dirissima quæque et portento-
sissima flagitia pedetentim et sensim vsu
et assuetudine frequenti familiaria fient,
et in naturam vertent, fietque Barbariæ
in Galliam ipsam transuectio, omniaque monstra
in regionem nostrā conuolabunt, eaque occupabunt
Tum quorsū nominis tui (Rex Potentissime)
fama euadet vel intra ditionis tuæ septa, vel
etiam extra limites sarta tecta seruanda, si modo
deferat fama Regem Galliæ esse, qui subditos suos
nonnisi diuturnitate belli lenti aut summa
interim adhibita reuocare possit, et immani
ausu cū regno ipse hostes vno veluti ictu prosterni
velit.

M. T. non reputet hæc mala et ulcera quæ tangimus, ideas esse Platonicas, atomos et tragelaphos: sicubi comperimus non una peste laborare castra tua: in quibus eo usque prorupit proteruia cæca et amens quorundam, ut quid sit partiũ suarũ non computantes, aperto capite, exerta et Stentorea voce, fronte ænea, pectore obtuso expromptam sententiam pronuntient, quæ sibi gloriam Sceptri tibi asserti, dominationis firmatæ et coronæ vindicatæ arrogant; et eo effato phronetico testantur, se non cultu M.^tis^ tuæ duci, sed ambitionis et auaritiæ libidine et illecebris trahi, authorari, et inescari. Neque modo Procerum capita hæc fumosa caligo obnubit, et hæc linguæ tentigo et prurigo authoritate et natalibꝰ illustres toparchas sollicitat; sed etiam hic morbꝰ in vilissimorũ mancipiorũ cerebris et labiis dominatur et insidet. In hoc statu quid externi Reges et Principes statuent, num sibi huiusce regni tutelam ascribent, et clientelæ ac patrocinii ius quodda͂ ad se trahere merito auspicabuntur. En fundũ calamitatis præsentis et recentis: ex quibus facile est æstimare Regem deinceps beneficiariũ illorũ fore, qui Reges Regũ opinione tenus existimandi; quibus, ex meritis putatiuis, nunquã satisfaciet M.^as^ T.^a^ etsi Libyã remotis Gadibꝰ iungat et uterque Pœnus seruiat uni; imo quamuis Oceanus opes suas in gratiã M.^tis^ T.^æ^ effundat oĩes, et terra penetralia ac viscera sua aurea explicet omnia.

Quibusnam quæso prærogatiuis, quibus laureis caput suũ cingi et redimiri, quibus commodis virtutem condecorari suam contenderent, simodo plenã victoriam eorum auspiciis, nutu suppetiis, manu et solertia M.tis T.æ retulisset. Inter scopulos, quos in Reip. administratione prudens quilibet Rex conatur effugere et præternauigare ~~suos~~ vt declinet allisionẽ et collisionẽ regni, cuius gubernaculis admouetur, postremus non est is, quo beneficiorũ massã ab eo qui de se bene meretur formari patitur Princeps, seque eo nomine obstrictũ teneri sustinet vel insignis beneficii vel plurimorũ collatione. Id principiũ innatũ et insitũ videtur omnibus Principibus, quâ sanguine viperino cautius vitant eos, et odio Herculæo velut monstra insectantur ~~eos~~, quos de se bene vel reuera meritos, vel ex sententia aliena autumant: illos contra amplectuntur et fouent, in quos munificentiam cumulatissimã exercere cœperunt. Quod si hæc cogitatio de beneficio in Regem collato, de gratitudinis enormis expectatione periculosa sit ~~in~~ dũ in animo vnius aut alterius defixa hæret: quanto hæc lues atrocior est, dũ multorũ mentes inuasit: et cũ sit in quolibet regno furoris ciuilis semen, multo magis in Gallico, eoque perturbatissimo; M.tis T.æ in primis, et Serenissimi fratris ætate perspecta, id demũ inauspicatissimæ successionis malorũ anticipatũ omen reputandũ est. Hæc igitur est constitutio nostra quæ ægerrime mala, ægre remedia et amuleta auerruncandis hisce morbis apta, ferre potest

Obiectio 4.

In multoru mentem veniet ea meditatio: quæ nunc animu meu percellit; videlicet; cu Rex creatus sit et inunctus, ut iustitiam exerceat, malis pœnas infligendo, bonis autem præsidiu et tuitionem præstando; in ~~q~~ eumque finem publica authoritate et iure gladii in flagitiosos stringendi armetur, defuturu partibus suis Regem nisi persequatur rebellionis ista portenta, usque du domuerit eos, qui Legu vinculu perrupere, quietisque publicæ malaciam summouentes tempestatem horrenda excitauere: In quoru scelerum ultione Rex de semper-lenitate Dei exercituu præsidis et summi campiductoris, certior esse debet, nec ullau hæsitationi et dubitationi locu relinquere: Nec in medio relinqui et libero Regis arbitrio permitti utru insistere an desistere debeat, nisi velit omnem in se culpa ~~in~~ suscipere, eam sustinere et præstare, suoque iumento perniciem, quam meretur pestifera coitio, accersere: cum eadem summo Magistratui et ineluctabilis imposita sit necessitas, membra cariosa, cadauerosa, corrupta et in ~~s~~ fraternas partes Reip. necnon caput insurgentia, rescindere et resecare, quæ ^citra periculi et detrimenti cuiuslibet formidinem^ inferiori Magistratui incubit in Latrones et prædones animaduertendi, nisi piacularibus flagitiis se obligare, et decus suu conspurcare satius duxerint, et criminis affinitatem in se deriuare antiquius habuerint.

Hæc speciosa prima fronte et pellacia quadam dotata tumultuaria meditatione videntur: sed revera strophis et captionibus involuta ac periculo plena sunt. De discrimine hactenus egimus et disseruimus et ex præcedenti successu adversariorū inferre liceat, virgas esse eos in manu Omnipotentis succensentis, in quas furorem concipere et evomere si exordiamur, Deum otiose tragicū hoc drama spectantem et in cubili delitiantem, non autem in tribunali sedentem fingemus, et eius irā flagrantissimā et summopere æstuantem accendemus et acutissima indignationis eius tela magis magisq. exacuemus. Fallacia vero manifesta est, dum definitur id velut æquum, quod iustitiæ, Deo eiusdē authori, authoritati et regiæ dignitati est adversum. Etenim, prout Medicus Therapeuticen sive sanitatem pro scopo habet, ita iustitia collineat ad Dei gloriam, hominūque emendationem; non autem truculentiā pro obiecto ponit, neque sanguinis effusionem, aut naturæ et humanitatis iniuriam ac contumeliam, iuris divini et humani violationem. Dandū quidem est membrū vomica et carcinomate plane exulceratū et incurabile ne phagedæna in reliquū corpus grassetur, urendū, secandū, et esse morbos in quibus crudelis Chirurgia, Pharmacia durissima, diæta exactissima laudatissima sit, clā nullū est: Attamen si vel salutis scintillula, et spei vel minimus radius emicet et desperationis nimbū et fumos penetret, homicidii non iniuria arcesseretur Medicus, qui missis et valere iussis medicamentis ordinariis et conducibilibus, ad extrema adhibenda ultro nulla cogente necessitate decurreret. Itaque prius in morbi, quo laborant hi Regis subditi, gravitatem inquirendū, ut postmodū concinna et malo congrua remedia usurpentur. Alioquin imitaremur eos, qui liberos affectos et iacentes ilicet sepulchro mandarent de remediis minime solliciti.

Ex Protestantibus aduersus M.tem T.am armatis nec vnus deprehendetur qui dominationem M.tis T.ae labefactare, euertere aut excutere meditetur. Id n. pugnat e diametro aduersus principia et elementa religionis illorū: quinimo oēs M.tem T.am venerantur, suspiciunt et verentur, Supremū, solum, Legitimū, a natura concessū, a Deo confirmatum Principem te esse sentiunt et vbiuis celebrant, et alastor seu pestis ab iis haberetur, quisquis controuersiam de vocatione tua moueret, et illa quisquis demū sit, viuicomburio addiceretur: nec vllus ferme est, qui honorem, obsequiū, reuerentiā facultates, vitam ipsā deberi M.ti T.ae non sentiat, et conscientiarū vnicā libertatem iuris esse diuini vicissim asserat.

Quod si subiicias obsequiū, quod præstant, non exigi ad normā et formulā M.tis T.ae et a verbis multū degenerare ac exorbitare illorū gesta.

Vt verū aperte fatear, neue studio partium aduersarū indulgere videar: Ita affectu feruido et cæco transuersi feruntur, vt plane repugnent primis motibus succedanea arbitria. Referunt n. illi ægrotum qui ciborū salutariū nausea capitur, noxiorū vero orexi et appetitu canino corripitur; et interea valetudinis redintegrationem auet et votis summis accelerat. Idem sane illis vsuuenit, dū officio se defungi rentur, ab eo quā longissime aberrant. Hic error est, qui plurimos occupauit, et in primis eos, qui cū tranquillissime et pacatissime in Penatibus vitam quietam et facilem trahere possent, in campū puluere et sanguine innumerisque incōmodis refertū prodire maluerunt. Inde inferre licet tentanda benignissima quæque remedia, quibus illorū animi hoc toxico seu veneno potionati, velut alexipharmacis acceptis, purgentur et curentur. Iniuria inferretur naturæ et humanitatis ac ciuilitatis vincula soluerentur, simodo in illos vim exercere, eosque flāma et ferro persequi diutius agitaremus. Excusatius n. peccant qui innocenter et imprudenter delinquunt, veniaque ac comiseratione dignissimi sunt.

Meridiana luce clarius est, eos terrore in pectora altius adacto præcipites eo infelicitatis prorupisse et prouectos esse: quippe cũ rationis participationem nemo illis neget, qua vesania fureret is qui statueret consilia eorũ dirigi ad imperii inuasionem violentã, præter et contra ius, citra colorem et fucũ, et supra spem vel puerilem. Quis putet, hos mortales, disiunctissimæ sortis eo deuenisse, vt vitas, opes, familias, coniuges et liberos venales habeant et cũ pœnitentia permutent, vel potius vera et solida bona, quib9 ex indulgentia diuina, et M.^s T. clementia fruuntur, ea pro parandis somniis et chimæris honoris vmbratilis et in hypochondriaci mentem cadentis ~~alii~~ alienent. Quod si de vno aut altero quæstio esset, eius generis rabiei fides commodaretur; non item cũ de infinita multitudine agitur. Quippe diffidentia qua laborabant, eos ita inquietos tenuit et exercuit, vt semel perire, quã irremisse formidine exagitari et terrore torqueri maluerint: quo implicitas mentes vt expedirent nihil intentatũ et inausũ reliquere, sed eo omnia sua consilia velut ad scopũ vnicũ direxere, rati oñia, quibus securitati consultũ irent, media non illegitima et illicita esse, in eo imperiũ secuti duorũ generis humani vetustissimorũ tyrannorũ, spei, metusque; necnon obsecuti necessitatis iustissimo et integerrimo præscripto. Cum autem humanæ naturæ non Angelicæ consortes sint; quæ obsecro vegetior et efficacior ratio potuit eorũ animos permouere, quam ñaturæ lege et disciplina hausta et percepta opinio, quã pectoribus suis non erasserunt, nec eiurarunt. Elementũ id natura magistra nobis commendatũ, tuitio est vitæ et libertatis, quam a faucibus exitii liberare, eiusque vindicias suscipere, non modo licitũ et æquũ ~~esse~~, verumetiam sanctũ esse nos

naturá condocefacit. Hæc enim lex non tradita est hominibus et præscripta: sed cordibus nostris impressa et nobiscū nata: non scripta, sed diuinitus animis mortalium insculpta lex est. Hæc causa et is fundus est factionis illorū et conspirationis, quæ abiit in hostilitatem, idque procul ab illorū primis consiliis, quæque iure repressione et animaduersione digna censebitur, si spectetur a nobis secreta et seiuncta a salute regni, totius corporis politici integritate et incolumitate, et exitu periculosissimi huiusce incendii. Ecquis præteritorū memor, futuri sit securus? Ecquis publicæ saluti consulens, Reip. hostis habeatur? Simili illustrare M.is T.æ officiū in procliui est. Non secus ac pater duorū liberorū dissensione anxius, ut animam suam illa ægritudine expediat, utrunque non committit, et ad pugnam proritat et exstimulat, minus charū per charius pignus profligaturus, et ita victore in pacis gremio iacente fruiturus; sed ita moderatur affectus utriusque, ut odio posito amicitiæ naturalis et cultus reciproci nexu cohæreant, et bini sint gemina senectutis suæ fulcra ac colūnæ firmissimæ. M.is T.æ titulus, Regiū nomen non patiuntur adeo truculentam et furiosam obstinationem, ut non prius baltheum soluas et indignationi tuæ modū ponas, quā partem subditorū tuorū minime spernendam in perniciem præcipitaueris: maxime cum pars altera alteri, sub tuis auspiciis sit exorabilis. Vox Regis plena affectu et charitatem paternam signans ad id hortatur M.tem T.am Alterā partem subditorū, quā armasti, placabilem præsta: Alteram facile in ordinem coges et officii gyrū flectes. Cum autem in hoc cardine vertatur publica salus, idem nobis decernendū est, quod sanxit olim Augustissimus ille senatus Romanus, sub Dictatura Valerii, dum ~~[illegible]~~ pari incomodo constringeretur. Qualibet via et semita per salebras quantumuis arduas, ad pacis et concordiæ fastigium enitendū est, sūmo iure insuperhabito

in primis, cũ ex sententia L. Papirii publica utilitas suprema legis vim obtinere semper et ubiuis debeat. Dandũ itaque aliquid, sanguini et nomini nobis et illis communi; Reip. discrimini et necessitati velificemur. Beneficium autem pacis, quæ nunquam præcox et præmatura esse potest, consequemur, simodo quam ocyssime vim et iniuriam reciprocam cohibeamus, armorum usu interdicamus utrique parti, et authoritate ac lege benigna e diuerticulo in viam reuocemus eos qui cæco mentis impetu ruebant et furebant, denique omnes ab armis recedere, imperemus, et finem malorum Iliadi imponamus.
Sed eheu quali exitu terminetur id bellũ. num is finis M.^{tem} T.^{am} pudore suffundet, si cũ subditis suis velut ex æquo paciscatur. Nequaquam. In hoc traiectu et negotii articulo, velut in pice muscæ, hærent plurimi vel glaucomate et scotomate mentis perculssi et obcæcati, vel malignitatis prauæ offuscati caligine. Revera autem quamuis hic fucus exquisite adornetur et purpurissi lenocinio obtegatur, merus dolus et pestilens bolus ac pilula est, ab aduersario salutis et pacis, ac virtutis nobis obiectus: nũ enim leges subditis dare, viuendi modũ illis præscribere, pœnas et supplicia exorbitantibus et legũ transgressoribus irrogare, armis mulctare, vectigalia et homagium ab iis exigere; hoccine est pacisci, vel fœdus percutere. Paciscitur is qui causæ suæ æquitatem patefacit, æquatoque iure de pacis capitulis et conditionibus obsidibus ultro citroque datis et acceptis, vel pignorũ aliorũ traditione mutua præmissa, paris honoris exhibitione facta colloquiũ et dissertationem instituit, et pacificationem non ex suo tantũ sed coniuncto utriusque paciscentis arbitrio sancit et confirmat. At altero legem subeunte, altero figente, nũ uberrimũ victoriæ fructũ percipit, quisquis legem condit, eamque subiectis indicit.

Quod si publicæ quietis perturbator exurgens oggerat, a Me T.^a illis indulgeri conditiones pacis quas absque bello foret, nusquam impetrassent. Hæc obiectio per se diluitur et dissoluitur citra hæsitationem: quæ animos nostros inuolueret, si M.^as T. de iure suo cederet, etsi de eo remittendũ sit dũ id postulat publica utilitas: Jus n. regium tũ esse desinit dũ pugnat cũ Reip. commodis et tranquillitate, prout Appius Claudius de Populi Romani authoritate statuebat. Atenim M.^as T.^a hac pacificatione nullam dignationem et administrationem Reip. eis committat, nullas prouincias eis permittit, nullorũ tributorum pensione eos immunes pronunciat, nullis denique addictionis subditorũ oneribus eos leuat et eximit: conscientiis illorum unicam donat et largitur libertatem: vtque mucrone breuissimi dicti, velut enchiridio obiectionem iugulem: conuentionis summa est, ut M.^as T.^a regia authoritate citra exceptionem illis præsit, seque illi deuotissimos M.^i T.^a præstent. Simodo illis Maiestas tua libertatis usuram surriperet, mancipia non subditos haberet, non Rex, sed oppressor tyrannicus euaderet. Regnum n. et principatus exercetur in homines liberos. Libertas igitur concessa subditis Principatũ constituit, et Principem: hoc est assertorem salutis et libertatis vindicem; et catenus illi subditos se profitentur, obnoxios eius dignitati et Reip. integritati tutandæ. Quis in posterũ eo vsque frontem ponet, ut id pactũ ex æquo, indigitet. Erit vllus adeo vecors ut Religionem et animã libertatis cancellis et Sphæra circũscribere dedignetur: Quisquis is est: vocũ vsũ corrũpit, adulterat, et cũ dictione rem signatam maligna interpretatione inficit. Mancipii n. Libertas hac appellatione indigna est: Quinetiam bruta libertas corporis et actionũ humanarũ vilissia est et indigna hac nota, quæ stricte debetur et vnice

ascribitur menti, eiusque parti exercitatissimæ nec non operationū illius eminentissimæ. Obiicientis non hanc libertatem, sed licentiam nuncupandam esse extemplo os obthurabitur: quippe sententia iam pridem de hac controuersia lata est in sanctiori Regis consistorio: ex cuius Senatusconsulto hæc libertatis vera et propria vsurpatio definitur, et statuitur pax animarū et conscientiarū subditis Regis indulgenda, cū in mentes flamma et ferrū nusquā penetret, sed persuasio, ratio et Sancti Spiritus efficacia agat. Neque caruit exemplo hæc sanctio, cui par et germana emanauit ab Imperatore, omniū, qui a trecentis annis imperium tractauere, florentissimo, roborata. Carolus V

Neque vero adeo oportuna et idonea occasio ad libertatis illius concessionem aurem compulit. Hanc igitur qui proscribere vel defalcare aggrederetur, is in seruitutem et captiuitatem raperet et traheret mortales. Quapropter ceritis et mente captis accensendi sunt, qui cū subditis pacisci Regem sentiunt, dū illorū iustam libertatem tuetur, eosdem aduersus oppressionem munit, confirmat a seipso et senatu integerrimo, ab omnibus regni curiis, a Prædecessoribus non paucis decreta et stabilita: quæque de integro statuenda essent, nisi antecessisset Senatusconsultū grauissimū et multiplex hac de re promulgatū; simodo M.tas T.a Optimi Principis, Iustique Regis titulū effectu nixū exambire in votis haberet. Veramenimuero hi reuera M.tem T.am hostiliter lædunt et persequuntur, violant tyrannice et impotenter in eam dominiū exercent, qui propensionem M.tis T.æ intorquere artificio tartareo molitintur, eiusque voluntatem a consilio adeo salutari et sancto dimouere sustinent, et minarū, quibus defectionem prænunciant, terriculamentis, animū tuū labefactare et flectere non verecundantur.

Qui sententiam illā amplectuntur, umbratiles viri, procul a tormentorū effulminatione et martis furore positi, authores sunt M.i T.a ut pugnā ex pugna serat, et obsidiones præliis annectat et continuet, insuper habito discrimine in quod Monarchia Gal-lica adducitur, præterita etiam nobilitatis infinitæ aliorūque ciuiū et multitudinis innumeræ certa pernicie. Ne memorem infandū dictu et horrendum periculū vitæ, cui M.ae T.ae obnoxia erit ~~vit~~ absque cuius præsentia id bellū geri non potest. Quapropter in eo virulenta inhumani pectoris et læuæ mentis in-dicia dant, et minime dubiam significationem præbent studii et cupiditatis vindictæ priuatæ, quā manifeste patefecere hactenus, quâ sanguinem in votis et suffragiis, animorū viuam imaginē et effigiem expressā adumbrantibus, spirauere, ideoque effecere ut sententiæ eorū rapiantur velut venenata tela furore cæco et affectu prauo vibrata et in aduersarios emissa, ~~et~~ necnon a Reip. hostibus intorta: quo in ~~ordine~~ habendi ex scito Halæ Seruilii, qui affectus priuatos Reip. negotiis inserunt et intexunt, priuatisque odiis rapti Remp. moderântur. Hæc cū ita sint; Nihilosecius veteratores isti, ut cothur-nato consilio factorium, sitariam seu velū oppandant iurisque aliquod schema prætexant, cadauerosam sententiam suā M.s T.ae viuifica mentione decorant, neue malignitas deprehendatur, proclamant: Sumā honoris et prærogatiuæ M.is T.ae ducendā esse rationē: ~~Cuius vox~~ Cuius vocis et dicti prolatione, tan-quam Gorgonei capitis obiectu, obstupefacti con-ticescunt omnes: soli suffragatores benigne et attente audiuntur, velut apicem M.is T.ae venerantes eiusque gloriæ ~~et~~ authoritati ~~impen~~ propagandæ et fouendæ impensissime studentes, dū interim ~~ea per sumū scelus abutuntur~~, M.i T.ae fuco honoris commentitii et conficti impudenter imponunt, et pacis bonū remorantes, malorū omnigenorū et densissimo miseriarū examinū, quæ ex atro hoc collectarū nubi[um] globo, ciuilis belli nimbus profundit, legiones cogunt et cateruatim disiiciunt.

Nullū augustius et magnificentius elogium Regi deferri potest, quā si dixeris, ferri Leges ab eo quibus subditi reguntur, illibato iure regio. Nulla re laudatior esse potest, Princeps prudens et sapiens (quo titulo nillum illustriorē et sublimiorē cor concipit, lingua effatur, auris excipit) quā si subditorū morbis sanatis integritati et subditos prius laborantes, et politiam male affectam et dignationem suam exulceratā restituat. Quis autem adeo fungus est ut nesciat, civiū dissensionem, gravissimū esse Reip. symptoma et ulcus, cui præsens remedium et repentinū adhibendū est prudentia remedii aptitudinem suggerente.

Reges nostri antecessores M.^tis T.^æ hanc monarchiam prudentia magis quam virtute militari protexere et eius fines produxere. Vera, legitima et genuina prudentia in eo sita est, ut interdū tempori, semper autem necessitati serviamus. Hac methodo et politica arte civiles Romanorū discordia centies suffocata fuit, dū Senatus benigne et liberaliter populo gratificabatur, et beneficii inexspectati collatione ita populū capiebat et arretire amabat, ut inde incredibilis nasceretur concordia et extemporariū plebis Romanæ obsequiū exurgeret. Ex adverso ubi idem Senatus vestigia prudentiæ avitæ premere, et illam salutis viam terere destitit, ab eaque deflectere cœpit, spiritusque ingentes sumpsit, nec de maiestate et pristina gravitate quidquā remittere decrevit, Cæsarem quem deturbatū et afflictū volebat, et de fastigio præcipitatū, ad culmen Imperatoriæ dignitatis provexit, et documentū eximiū proposuit nobis in eminentissimo et gloriosissimo orbis theatro, quem effectū producant simultates et affectus rigidi ac pertinaces in Reip. administratione dominantes. Ex hac quippe obstinatione fluxit Reip. Romanæ exitiū et populi servi

Quotquot igitur Optimates regii honoris (quem perinde ac comicũ sceptrũ spectant) obtentu superciliose et inhumaniter nihil de summo, ut pronunciant, iure, cedendũ esse dictitant, et eo inuolucro consilia sua perniciosa obuoluunt, dum ambitionis suæ vela implere et vindictam explere properant priuatis libidinibus Reip. interitũ, Regis exitium et ciuiũ perniciem posthabentes, dũ omnium exuuiis seipsos clientesque suos collocupletare ~~stude~~ minime cunctantur, hi mortales iure ut alastores publici et grassatores, factionis internæ et externæ emissarii, Reip. patriæ et M.tis T.æ proditores, habendi et traducendi sunt.

Nauarchus prudens aduersus tempestatem non obnititur, sed velis submissis et quiete aliquantisper captata, postmodũ antennis sublatis inuehitur secure vndis modo furentibus et ad abyssũ vectores cũ nautis inuitantibus. Quod si vero cœlo bellũ inferre, aerisque intemperantes spiritus, instar Æoli, zona claudere, marique Xerxis ritu, compedes iniicere meditemur, salus in exitii haud dubii proximo confinio hæret et iacet.

Prudens filius paternæ indignationis acerbita[tem] adamantini pectoris et Marpesiam cautem duri[tie] æquantis obiectu non diluit, sed excandescentiam illius humilitatis et submissionis e corde per os decurrentis fluxu, æstuantem et flamma conceptã ardentem extinguit; ~~et~~ sine mora benedicti[onis] ac hæreditatis coronã ~~ornatum~~ excipit. Pariter cũ Deus manu altera Regiam tuã Maiestatem demissiorem sibique addictiorem præstare voluerit, eandem manu altera sustinebit, ~~et~~ eriget, nouisque charismatibus et beneficiis insperatis cumulabit et exornabit.

Cæcæ et extremæ dementiæ ac imprudentiæ fuit, quod vim admouerint, qui nostri deberent sensim sine sensu honoripriuio et munerū participatione, quæsitis causis, aliis denegata, nonullis maligne, vt præsumuntur, concessa, ~~[illegible]~~ frigidā, qua ardens religionis zelus, extingueretur affundere, petito a natura documento, quæ facilius flecti quam frangi arbuteos fœtus, sciscit. Debuerant nostri hunc ignem lento spiritu suffocare, non autem flammā ita animare, vt depascere et illos consumere valeat. Prima igitur mali labes et origo cadauerosæ huius regni faciei adscribenda est imprudentiæ Senatorū, aliorūque qui inclementer et inhumaniter eos habuere, et hac quasi lymphaticorū truculentia in rabiem exardente ita eorū animi erecti sunt, vt oīi momento vel contumeliam exciperent vel subire reformidauerint, et hostili mucroni in media pacis florentis tempestate obnoxii fuerint. Id cū constatet felicis memoriæ Henrico Magno M.^{tis} T.^æ parenti, in gratiam Ducis et Principis Bullionæi constituit, vt oēs causæ in quolibet districtu regni nascentes in variis et disiunctis quæ obtinet per vniuersū regnū, latifundiis, nec non ob quamlibet aliam occasionem motæ lites, vel ab eo, vel aduersus illū intentatæ, ~~et depellendæ~~ depellendæ, spectarent vnico Senatū Parisiensem, exclusis et emotis cognitione et iurisdictione illa reliquis regni Parlamentis, aduersus quæ Protestantiū querelæ ferueant iustissimæ et flagrantissimæ. Inde est quod Edicto Namnetensi ab eodem Henrico M. promulgato, quo stat illorū libertas, in singulis Parlamentis consistoria seu cameræ quædā peculiares institutæ sunt, Senatoribus aliquot vtriusque partis constantes; ad quas ab omnis Magistratus inferioris sententia prouocationis ius est Protestantibus comunicatū.

Tali immanitate et inhumanitate, quæ mens adeo benignitatis succo imbuta et patientiæ vi munita esse possit, ut non ferocire tandem et demu animos ad respirandū libere colligere meditetur. Quid publicæ pacis vox iuuat, dū nullū inde ad priuatos et singulos emolumentū redit: imo plurimi et ferme singuli, quas vix calamitates bellica rabie sæuiente exciperent, pacis comicæ umbratili phasmate illusi perpetiuntur. Quid reliqui fit ad hostilitatem ab iis qui parentelam et tutelare præsidiū sibi tribuunt: quæ fœcundior amaritudine concipi et fingi vel barbarica hostilitas queat. Revera reputarunt ea mala siue mortis siue exilii, multū esse infra perpessionem infortuniorū quibus inuoluti tenebantur, et postfuturā sui suorūque conditionem præsenti longe tolerabiliorem fore. Ex quibus exsculpere et inferre datur, illis quidem bellū pace antiquius et præstabilius, nobis vero multo perniciosius esse.

Asperitate condita et forsan affectu partis temperata nonullis videbitur oratio nostra: nec plane reluctor: sed has voces pereuntis patriæ dolor extorsit, et a me impetrauit, ut veritatis acerbitatem blanditiis titillantibus aures et animorū pruritū explentibus anteferrem. Doli architecturæ et proditionis manifestariæ probro aspergendi sunt, quotquot veritatem in Reip. negotio vel celant vel fucant. Experientia, quæ vel stultorū magistra est, ad mitiore partem nos inclinasset iampridem, nisi calamitatis discrimen sectari potiusquā ratiocinatione duci præoptassemus. Verus igitur modus, quo coitionem illorū soluemus, situs est in auerruncanda et opprimenda necessitate, qua ad conspiratione truduntur.

Porro a nobis fouendi ut fratres, a M.ᵗᵉ T.ᵃ ut filii, paterno affectu recreandi, ut Reip. membra a tribunalis tui iustitia, et authoritate tua, qua caput Reip. es, dependentia, non ut hostes habendi. Atqui si penitius introspiciamus sortem, cui hactenus addicti fuere, comperiemus eos, rebelliũ rebellionisque pœnis coopertos animã ægerrime traxisse. Quibus causis impulsi, nullam rationem inexpertam, nullã viam intentatam, nullam machinã ~~[illegible]~~ immobilem reliquere et sinere, nullã denique occasionem prætermisere, qua saluti et incolumitati suæ prospicere possent. Ecquis vero eousque hominem exuit, vel eo perfectionis progressus est, ut in capita iuratorũ sui capitis hostium, vim sibi ~~intentatam~~ admotam et periculũ ~~[illegible]~~ recidere non lubentissime cernat, vim vi non amoliatur et exturbet, et euasionis qualibet via ~~[illegible]~~ insistere dedignetur; cũ in primis naturæ lex inuiolabilis et omib⁹ senatusconsultis potior ac sanctior propensionem hanc salutis conciliatricem omnibus mortalibus infuderit et applicuerit. Hæc est naturæ imperiosa vis, quæ iis armorũ capiendorũ consiliũ et audaciam suggessit ac addidit, quibus succincti horrendũ in modũ iniuriarũ feralibus et innumeris fœdis accensi furiunt et grassantur: quippe diu ante belli funestissima exordia non latuit eos, quæ quaquauersus aduersum illos texebatur a nostris conspirationis tela.

Quinetiam experiebantur ipsimet non sine gemitu dedecus, aversationem, minas infractionis Edicti Nannetensis, quod libertatis eorū columna est; nec non publicæ concilii ad exstirpationem hæresis habendi indictionem: denique omnigenā iniustitiam ~~ita~~ horrebant: Et revera stipites ac fungi fuissent, nisi præsensissent, dignissimique cruciatu, qui in illos praudebatur, nisi cervices comittere in fidem capitaliū adversariorū ouncati fuissent. Quid n. stupemus quod homines cū sint, occupare periculū, et adversus vim paratam se se munire, salutemque in exiguo admodū exitii confinio hærentem expedire voluerint, brutis pecudibus in eo alioquin persp~~—~~icatia et cautela cessuri, quæ tempestatem præsagientes in latebris se abdunt. Minæ, quæ furoris in illos a nobis concepti scintillæ erant, prænunciarunt illis machinationes nostras et violenta consilia, illiusque fulminis, quo obterendi erant, fulgetra fuere: Expeditionis præludia illis obiecimus: ne igitur ægritudinem contrahamus, et a ratione alienū ducamus, quod oculis pervigilibus perdii et pernoctes circūspiciant salutis vias, et oīa nostra stratagemata et technasmata eludant et declinent, pedibus manibusque comitantur, stationem suam quo liberis et successoribus, ut a patribus accepere, ita etiam sartam tectam tradant et ascribant. Illos interim ex oīi parte excusandos esse non sentio, neque Apologiam velut illorū fautor pertexo: sed comiseratione potius dignos iudico, quā odio, nedū supplicio: cuius metus ibi evanuerit, quin rei familiaris cura animū suā appulsuri sint non est dubiū, cū hac in parte gravissima detrimenta a necessitate publica illata passi sint, et senserint se angi

periculis infinitis, quæ instar torrentis effusissime in illos exundavere, quæ tamen sensim et paulatim diffluent.

In omnibus provinciis ingenia quædam turbulenta sunt, seditionũ fomites et incentores, rumusculorũ sinistrorũ satores, motuũ et tumultuũ authores et organa, quæ deportanda saltem essent in ea loca, in quibus familiaritate et notitia destituti genium suũ exercere non possint. Reliquorũ vero animi signo malignitatis nullo, nec ulla diffidentiæ testificatione sunt commovendi, nisi Camarinã movere e re nostra præter rationis dictamen putemus. Hoc enim pacto diffidentiam mutuam accendemus et alemus, eosque vel invitos et renitentes ad inimicitiarũ flammam trahemus. Quisquis inimicitiæ dat inditiũ, eo ipso inimicũ præstat eum quem suspicione petit. Idque ita naturale est et familiare, ut servi et mancipia corrũpantur et ad coniurationem in dominos concipiendã animentur observatione diffidentiæ fidem [illegible] ambiguam habentis. Ante oĩa operæpretiũ est a transgressoribus Edictorũ pœnã severissime exigere, ne in despectũ abeat authoritas Regis per latus Edicti confossa; sed contra vigeat citra acceptionem personarũ suppliciis acerbe ~~et~~ inflexibilis inexorabilis et cæcæ iustitiæ administratione irrogatis. Cæteroqui in hunc modũ pax feliciter quieta diurnabit: cuius procurationem et ~~Duratione~~ M.^{as} T.^{a} sibi vindicat. In hunc n. scopũ collineat Regũ et Principũ, nec non Rerup. ordinatio et fundatio; quæ ad fruitionẽ pacis tendit: cuius beneficiũ originem corporibus politicis, provinciis, civitatibus, et Legibus dedit, ~~et~~ infirmitatis ac solertiæ et robustæ mentis discrimen statuit, et hos illis submisit nulla vi subactos.

Quapropter M.is T.æ partes sunt, pacem inuiolabilem
præstare, vbi cœlitus delapsa fuerit, et in legum
contemptores exemplū statuere.

Princeps, qui a pace abhorret, eamque abominatur,
qui in effusione subditorū et sui corporis membrorū
deliciatur, nomen et effectū Principis permutat
cū elogio, quod signare et referre horreo, quodque int
vt procul ab omni acerbitate exprimā, Generis
humani Alastorem et hostem, et naturæ portentū
ac dehonestamentū dixero. Quippe affectus Principū
in subditos ab omni æuo vbiuis collatus fuit cū
paterna στοργῇ seu propensione in liberos,
adeo vt pater in liberos inclementior et ferocior,
dirū naturæ monstrū et ostentū execrandum
iure nuncupetur.

Procul itaque quā longissime (vt orationis vela
contrahā) se se proripiant et amoliuntor pestes
illæ et sanguisugæ, non homines, cū hominē
exuerint, dū summa ope nituntur (quod Deus auertat)
M.is T.æ animū potionare veneno virulentissimo
opinionis suæ, eumque ab humanitatis et serenitatis
genuinæ possessione depellere; necnon ab auita, no-
bilissima, et diuina potiusquā humana Maiorū
tuorū clementia in subditos distrahere; Neque vero
fugit M.em T.am vt neruo et politiæ vinculo, et socie-
tatis humanæ catena adamantina, benignitate
videlicet, vsos ita feliciter prædecessores tuos, vt
hac velut colūna stet firmissima Monarchia
Gallica, cuius iugū salutare, liberū et leue sub-
ditis est, non tyrannicū, impotens et effusione
sanguinis tinctū ac nobilitatū. Quisquis igitur
M.is T.æ sceptrū sanguine subditorū madefieri, et
coronā, illorū lachrymis ablui, et non secus ac
lustrali aqua infingi; necnon diadema torrente
calamitatū omnigenarū, vt indurescat, mergi vult:

Næ is inauspicatissimā huic regno tyrannidem portendit, eiusque fata, mala mente, accelerat, dū Dei vindictā prouocat, qua nihil formidabilius: Omnipotens enim celsa deprimit solo halitu, et solidissima et quæ immota videntur, deoutit et conculcat, prudentiā humanā, vincit et nectit, quasi Samsonē Philistini colligarent, et perspicacissimos excæcat et lumine rationis orbat. Quare clementiam M.as T.a explicet et expandat, et numinis semper-lenitatem subibit et excipiet: Membris Reip. nostræ M.as T.a cordatum se præstet, et intimæ admissionis erit, et cordi Regū Regis charissimus fies, et ex votis ad nutū omnia fluent, et fauente clementia diuina secundabuntur, offensā qua M.as T.a læsa est, Reip. tranquillitati da, moxque experieris beneficiū id, quantū quantū est, ad te redundare, et sortem cū fænore ingenti percipies, et Reip. submisissima clientela extremā deuotionem tibi exhibentis felicitate cum tua coniuncta vnica capieris; Amnestiam denique subditis M.as T.a indulgeat, et priuati commodi immemores ac incuriosi subditi se totos Reip. vtilitati et M.is T.a obsequio addicent et consecrabunt.

DIXI.

Nec dicta Pacificatio morata est.

Oratio ab Octuaginta Ecclesiarū Gallicarū
et reformatarum exlegatis et nuntiis
per os et organū Montispessulani
Præfecti habita in Regis compellati-
one ad obtinendā pacē instituta.

Domine, Serenissime Rex, deputati sumus ad M.tem T.am ab omnibus ecclesiis Galliæ, nec non Principatus Bearnensis, reformatis, ad pacem earū nomine sollicitandam et impetrandam. Submissione cordiū potiusquā corporū facta, genibus M.s T.æ aduoluti demississime pacem ~~a te~~ poscimus, et etiam atque etiam rogamus ut persuasū habeat M.as T.a commentitios et artificiosos rumores de M.is T.æ aduersus religionis nostræ libertatem et exercitiū, sparsos, in id infortunatū bellū nos præcipitasse. Cæteroquin mali patrati a nobis appellationē mutare in animo non est. Profitemur reatū et affinitatem criminis non inficiamur. Quapropter comparemus corā M.e T.a ut veniæ indulgentia fruamur, eam nobis exoremus, et exemplo Dei (cuius imago et vicarius in terris es) proposito, permoueamus M.tem T.am ut infirmitati nostræ per condescensionem, se se accomodet, detque præterita timori quem conceperamus de conscientiarū libertate opprimenda: et quo M.as T.a grauioris criminis reos nos comperiet, eo clementiorem se præstabit. Henricus Magnus, nobis usus est, nobis fidem habuit, nosque vehementissimo affectu complexus est, ~~[illegible]~~ tibi supplicamus, ut quemadmodū virtutū illius omniū hæreditatem adire meditaris, ita nominatim illius beneuolentiam in nos excipias, neue nos ab aliis M.is T.æ subditis distinguas alia nota, quā illa quæ omnigenis obsequiis et deuotione intima conciliatur: quo nomine audire ~~et~~ censeri et ~~[illegible]~~ nos esse contendimus M.is T.æ obseruantissimos, eidemque addictissimos subditos et seruitores.

DIPLOMA REGIS LUDOVICI XIII. DE PACE REGNI GENERALI PROMULGANDUM.

LUDOVICUS DEI GRATIA GALLIÆ ET NAVARRÆ REX, Omnibus et singulis Præsentes Litteras inspecturis Salutem. Ut quilibet Monarcha et Princeps Christianus et numinis timore non vacuus, ab effusione sanguinis humani, alienissimus esse et abhorrere quam maxime tenetur, eo in primis nomine quod ad effigiem et characterismū, ad ideam et iconismū numinis Omnipotentis homo conditus et formatus sit: Ita etiam idem Princeps, intestini belli et domesticæ dissensionis occasiones non modo declinare et subterfugere, ut partes suas expleat, debet; verūetiam nullam viam legitimā et honore munitam inexploratam relinquere, quò subditi concordiæ et obsequii communis; necnon legū vinculo coalescentes vitam beatam et politici boni participem trahant et ducant. Eidem Deo, qui nos ad Gallicæ huiusce monarchiæ regimen et moderationem nos vocauit, intimæ cogitationū nostrarū fibræ probe perspectæ sunt: vixque ullus est, cui compertū non sit, arma a nobis rapta repugnante natura et propensione, iusta æque et necessaria, et a nobis coactis tractata pro authoritatis a Deo nobis concessæ, tuitione et assertione, ac nominis nostri vindiciis: cui pronunciato veritas constat, siue spectemus ~~eo, quo~~ bellū a nobis susceptū aduersus Optimates

illos qui sub auspiciis regni nostri vario ob-
tentu, dum minorennis essem, authoritatem
meam labefactare aggressi et ausi sunt:
siue contemplemur nouissimos motus
excitatos ab iis subditis nostris, qui re-
formatam, titulo tenus, religionem pro-
fitentur, quique seduci se et circu̅agi passi
sunt artificio quoru̅dam, ex candida illoru̅
credulitate et simplicitate, nec non ex
perturbatione Reip. como̅du̅ trahere, et
rem priuatam lautiorem et auctiorem
reddere studentiu̅: etsi reuera mens nostra
nusqua̅ alia fuerit, qua̅ quæ a Deo præ-
decessoribus nostris F.M. data et co̅municata;
quoru̅ exemplis permoti eosdem sub pacis
publicæ præsidio et vnionis beneficio, Edictoru̅
vigore tegere, eosdemque ex officio obsequium
illibatu̅ præstantes loco subditoru̅ piorum
et fidissimoru̅ habere (modo intra deuotionis
et submissionis supremo Principi exhibendæ
cancellos sese continerent) voluimus;
neque pepercimus vlli generi monitoru̅ et
amicaru̅ suasionum ac collationu̅ (vt malo,
cuius conjectura̅ capere arduu̅ non erat, ob-
uiam iremus) priusquam vim moliremur
et tentaremus, quam coacti fuimus experiri,
vt sartam tectam tueremur Maiestatem et
authoritatem nostram regiam, diuinu̅ depositu̅
manibus nostris commissu̅ et co̅mendatum;

~~itaque~~ Vt autem diffidentiam et scrupulos multiplices artificiose nec temere illis iniectos amolire-mur et animis insitos exturbaremus, et fidei nostræ, quæ in nullius præiudicium usquā temerata fuit, robur constabiliremus: nec non ut torrens malorū omnigenorū sistatur, ut ~~illis~~ finis et scopus primariorū huiusce confusionis authorū et fautorū illos minime fugiat, ut sinceritatis nostræ et benevolentiæ qua eos complectimur, ~~e~~fundus illis patefiat, ab iisque intelligatur et deprehendatur quā serio illis fouendis incubamus, quamque acriter, eorū tranquillitati et prærogatiuarū illis per Edicta nostra indultarū fruitioni conciliandæ authoritatis ~~r~~egiæ exerto brachio studeamus, in idque vehementer animū intendamus, in primis ex quo melioris ~~sp~~ auræ afflatu inspi-rati, non sine delicti et veritatis præindictæ obser-uatione Clementiam et Benignitatem nostram implorarunt supplicatione demississima quâ per Deputatos flectere iustam indignationem nostram non irrito conatu adorti sunt, dū a nobis humillime postulauere ut indulgentiæ usuram illis commodaremus, et præterita amnestiæ sanctæ et inuiolabilis decreto aboleremus, eosque gratiæ nostræ regiæ et fauoris ex æquo cū aliis subditis nostris participes statueremus;

His de causis, NOS, clementiæ et misericordiæ addictiores, quā propensiores armorū vi et ius-titiæ diutius exercendæ et exerendæ, quamuis successus, progressus et euentus a primordiis non degenerantis spes nobis haud vana affulgeat; Nihilosecius submissionis eorū ratione habita,

in regno nostro pacem fundare, et oēs subditos nostros ad congensū et concentū reuocare, et ad unanimem obsequendi voluntatē flectere (his ^inquā de causis) nec non pluximis aliis ad id nos mouentibus et compellentibus ex consilio et suffragiis, Principū, Ducū, Pariū, Patritiorū, et primariorū Sanctioris nostri consistorii Senatorū et Comitium Palatinorū, DIXIMUS, statuimus et decrevimus, dicimus, statuimus et decernimus vi præsentiū manu propria subscriptarū, Sancimus, volumus, nobisque allubescit, ut Edictū Nametense, decreta et capita omnia arcanis conditionibus annumerata, et in curiarū archiua relata, bona fide in gratiam subditorū nostrorū Religionē, quæ vulgo reformata dicitur, profitentiū, obseruentur ~~obseruabuntur~~ ex oīni parte, eo plane modo, quo Inclytæ memoriæ Serenissimo ~~Rege~~ Domino et parente nostro regnante nec non nobis regnū auspicantibus ad nouissimos usque motus, eadem effectui mandata fuere. Volumus itidem ut exercitiū Religionis Catholicæ, Apostolicæ et Romanæ ubiuis restituatur in iis locis, in quibus bello ardente intermissū fuit: Interdicimus cuilibet, cuiuslibet conditionis esse possit, ~~ne~~ sub pœnis irrogandis, quæ in Reip. perturbatores et Edictorū infractores latæ sunt, ne Ecclesiasticas personas prohibeant a celebratione diuini cultus, a fruitione et perceptione

decimarū et prouentuū e beneficiis Ecclesiasticis colligendorū. Volumus pariter vt exercitiū liberū Religionis Reformationē praetexentis vbiuis restauretur, ex Edictorū praecedentium vi. Tribunalia itidem, Thesaurariorū classes et Ministeriales vectigaliū stationibus ordinariis reddantur; dempta camera Neracensi, cuius sedem mutare distulimus, vsque dū deputatorū Prouinciae nostrae Aquitanicae consiliū exceperimus: Volumus insuper vt recentes munitiones, vrbiū, arciū, oppidorū, quae subditi nostri Religionis R. P. insident destruantur: et in primis eae, quae in insulis Re et Oleron Rupellae vicinis, exstructae sunt. Volumus vt vrbes illae, quae intra decimū quintū diem nobis portas aperient, et a nobis deputatos admittent, concessis per id Edictū gaudeant. Inhibemus etiam et interdicimus omni coitione, circulo, consilio clandestino vel publico de rebus politicis instituto, Synodorū compendiosa conuocatione: sed consistoria, Colloquia et Synodos de meris Ecclesiasticis negotiis ab illis cogi permittimus. Volumus itidem vt perpetuo silentio et obliuione sempiterna sepeliantur omia quaecunque in hisce motibus patrata et designata sunt, neue vllus magistratus vlli eo nomine ius actionis tribuat et cognitionē gestorū sibi arrogat: demptis interim horrendis et diris facinoribus, quae designantur et insinuantur Edicti Namnetensis Articulo 87.° ob quae intendere litem fas esto. Volumus vt omia iudicia, sanctiones et decreta, siue in ciuilibus siue in criminalibus negotiis, ab iis quos iurisdictioni et politiae praefecerant,

statuta, rata habeantur, nullique ea fraudi esse possint: quaque ex Præfectorū illius partis imperio rapta sunt, quasi iure parata reputentur. Ad hæc Volumus ut captiui ab utraque parte hac tempestate detenti citra lytri persolutionē liberentur, et quamuis chirographa pro lytro numerando et repræsentando exhibuerint, immunes nihilosecius pronuncientur. Volumus denique ut omnes et singuli, qui per occasionem præcedentis belli ciuilis, de facultatū, nominū, rationū, actionū, munerū, honorū et dignitatum possessione deiecti fuere, in integrū restituantur, quamuis ea oñia aliis liberaliter largiti simus. Inde tamen excipe ~~m~~munera militaria, quorū nomine compensationē retribuemus, vel qui stipulatione et conuentione amicæ facta in alios munera sua deuoluerunt: utque ea omnia executioni dentur volumus, ut ultro citroque delecti commissarii seu Deputati Catholici et R.P. ~~per~~ oñes prouincias authoritate nostra muniti peruadant, et singula quæ præsenti edicto comprehenduntur et sanciuntur ad apicē obseruari curent. In eū fine PRÆSCRIBIMUS et mandamus Charissimis et fidissimis Senatoribus in Parlamentis regni confirmatis et authoratis, in Camera Edicti sedentibus; necnon Prætoribus, Senechallis, eorūque legatis, reliquisque quos ea spectat denunciatio et publicatio, ut inscribi publicis monimentis, et promulgari, ut et executioni plenæ et inuiolabili mandari præsens edictū operā dent, ex eius formula et tenore, citra transgressionē ulla, vel transgressionis ullius conniuentiā et dissimulationē, nisi pœnas dignas infractoribus legū publicarū et Regiarū et Reip. perturbatoribus subire velint. Iniungimus

Obi. 1. MAIESTAS TUA, SUMME REX, longe numerosioribus copiis, prout meretur, munitior et instructior est. Esto. Verumenimvero multo plures, quanto nobiliores victoriæ ab Imperatoribus militum numero inferioribus relatæ in omniū populorū ore et recordatione sunt. Inde est, quod omes omnium ætatum, cunctarū terrarum Reges et Principes, gentes et nationes uno corde sentiant, et velut ~~uno~~ ~~ore~~ suffragio omniū corroboratum prædicent, VICTORIAM cœlitus delabi, et diuinæ gratiæ zephyro aspirante huic aut illi inspirari, conciliari et indulgeri.

Obiectio 2. Causa, quam tueris, DOMINE, SERENISSIME REX, solido iustitiæ fundo et fundamento superstructa est. Idipsum inficiari non sustineo. Protestantium contra umbratilis, ficulnea, iniustitiæ et commentitiorū prætextuū tibicinibus suffulta, morque ruitura ut potestas, ita ~~et~~ et causa deprehenditur. Detur iniquitas causæ illius. Nihilosecius Deus, uniuersi arbiter, cuius moderatione omnia nostra stant atque cadunt, non infrequenter iniustis armis et bellis, peti, lacessi, subiici denique patitur eos, qui fauoris diuini præsidium et tutelam suis partibus et æquitati causæ indiuulse adhærere et velut glebæ ascriptam esse, nimium credula et multos in errorem perniciosum inducente opinione reputant. Quippe

Liberrime adhibet DEUS, summus opifex, omnigena instrumenta, et quarumlibet occasionum flexu ac motu vtitur, vt efficaciter subigat nos timore ad obsequiū, vsque dū iniquitatū nostrarū reatum merito nos subire sentiamus, et coram illius tribunali sacrosancto profiteamur. In hunc finem Babylonios olim exasperauit et exacerbauit Deus aduersus populum Israeliticū, dum eum ad sanā mentem reuocare studet: Pari modo memoria patrū, (et vtinā non tempestate nostra) Turcas, Tartaros, aliosque, velut flagella et scuticas manu exerta idem concitat et agitat, vt iudiciorū eius formidine percellamur, eosque velut hirudines animis nostris admouet, vt vitiis, quibus infecti sumus, Liberemur, morbique animorū curentur. Neque vero eo vsque perfricuimus frontem, neque eo proiectæ audaciæ et protriti pudoris deuenimus, vt verecundemur pronuntiare, iusta accensū ira, et æquissima excandescentia ardentem Dominū nobis succensere. Cum itaque numinis in nos inflamati indignatio palpabilis sit, superest, vt meditemur hos mortales a Deo flagitiorū nostrorum iudice et vindice armatos, qui piaculorum, quibus obligati sumus, a nobis pœnam exigerent. Idque vt liquido constet, animis subiiciamus successū insperatum et inopinatum, quo hactenus præter exspectationem omnium sortiti sunt.

Quod si incendiarius aliquis, his rationibus nondū satis efficaciter perculsus sit et quasi de cœlo tactus ac sideratus, et pactū id ac fœdus M. T. ingloriū et iniquum esse contendat, dominii et legis ius assertū, victoriam esse corū cū quibus belli funestissimam aleam expertus es, Scisco. Hæc victoria citra sanguinis effusionem reportata tanti est, ut longe conducibilior et gloriosior $M^{ti}.T^{a}$ sit futura, quam mille aliæ victoriæ in quibus Regi nec sereretur nec meteretur: sed honorem omnem et laudē in se derivarent, sibique in solidū ascriberent, Principes, Duces et milites, qui oēs et singuli $M^{i}.T^{a}$ derogatū irent, tibique subditorū devotionem, necnon tuitionis corūdem gloriam subducerent et deterrerent, suasque fortunas ruinis alienarū, et $M^{is}.T^{a}$ detrimento superstruerent. Absit itaque ut $M^{as}.T^{a}$ arctissime illius beneficii singularis nexu adstricta illis sit, eoque nomine quasi mancipetur et addicatur. Inde enim Regum horrenda calamitas nascitur. Contra vero $M^{as}.T^{a}$ oēs subditos suos utriusque partis sibi devinciet indissolubili beneficii catena, ipsosque milites, periculi præsentissimi, et cæci eventus horū tumultuū rationē habentes.

Quis ergo invidere audeat Galliæ tranquillitatem, $M^{i}.T^{a}$ hunc triumphū augustiorem et illustriorem oībus victoriis, quascunque olim retulere omnes $M^{is}.T^{a}$ prædecessores. Gloria longe eminentior est, longius nominis et virtutis limites, quā dominationis produxisse et protulisse. Hanc vero comendationem benignitatis et charitatis, prudentiæ et indulgentiæ plusquā paternæ $M^{as}.T^{a}$ adipiscetur, simodo fomitem tantæ seditionis, quo aliæ Resp. consūptæ et in cineres versæ essent, extinguat.

Terminato itaque et præfocato huic funestissimo et tragico bello succedet pax auspicatissima, et votis accidens, quæ non abs re, prudens victoria nuncupanda erit, quæque M.^en T.^am toti Europæ formidabilem statuet, qua Libeasti potentiam utriusque partis, quam coadunatam tibi subieceris, utque Populus Romanus Urbem beatam et invictam, concordia florentem sentiebat; ita etiam huius pacis beneficio M.^em T.^am et Galliam in felicitatis summæ, gloriæ imar et roboris illibati possessionem intromitti uno ore Sibi omnes certatim prædicabimus.

Torrens fonte carens facillime et velocissime exsiccatur, dum aquarum, quibus contrahitur, cursus in canalem illius directus intercipitur. Pari modo capita aduersariorum terrorem nobis incutientia exarescent ubi rivos, quibus intumescunt, inhibuerimus: quippe præter naturæ et recti legem fluunt, eo solum nomine et causa, ut vim vi opponant, et aduersus impetum hostilem sese muniant. Sublato igitur hoc metu, non est dubium, quin longe malint a Regis nutu pendere, eius gratia et admissione frui, non modo naturalis nexus, quo M.^ti T.^æ adhærere tenentur, sed etiam securitatis suæ contemplatione, nisi illos lumine rationis destitutos esse insulse fingamus, cum in illorum numero sint omnium disciplinarum peritissimi quique, et ingeniis igneis feruidissimi: adeoque nisi ab anno propitiatoris nati 1562. dextre et solerter habiti fuissent, Gallia sua bona vix enumerare valeret. Ast qui eosdem mille iniuriis, sexcentis contumeliis, innumeris indignitatibus, minis et calumniis stupendis fatigauere et prouocauere, dum eneruare et debilitare aduersarios vellent, eorum vires intendere et diffidentia extrema animos accendentes, ad consilia ardua erexerunt, eaque ut co-ciperent, quæ nunquam in mentes eorum incidissent, effecerunt, non secus ac tibicines a ruina parietem summouentes, dum prohibent et obnituntur, eum statuu

omnibus et singulis Procuratoribus nostris Generalibus, eorumque substitutis, ut enixissimam operam dent, quâ executio urgeatur, nihilque quodquidem ad praesentis Edicti vigorem faciat, desideretur. Nam tale est Placitum nostrum. In cuius rei fidem apponi iussimus sigillum nostrum hisce litteris. Datum in Montis-Pessulana urbe A.D. 1622. Regni nostri 13°.

LUDOVICUS

Et infra

Per Regem

Phelipeaux

Munitae sigillo magno impresso cerae flavae.

Oratio, qua compellatus fuit LUDOVICUS XIII. Galliarū Rex ab octuaginta Ecclesiarū regni Francici reformatarū nuntiis et exlegatis, ad poscendā pacem deputatis, pronunciata a Præfecto vrbis MontisPessulanæ.

Domine, Serenissime Rex. Ab omnibus Ecclesiis Reformatis per ditiones tuas dispersis ad M.[tem] T.[am] ablegati sumus, vt a te pacem earū nomine postulemus et impetremus. Submissis non modo genibus sed in primis cordibus demississime comparentes coram M.[te] T.[a] eidem supplicamus, vt commentitiis et affabre confictis rumoribus, de M.[is] T.[æ] ad exstirpationem religionis nostræ collineantibus consiliis, id infortunium, in quod sine sensu deuoluti fuimus, adscribat. Culpam profiteri non detrectamus, nec ~~nominis~~ mali appellationem immutare meditamur: Reatum Subimus: Quapropter sub M.[is] T.[æ] oculis apparemus veniam delicti flagitantes, et enixissime contendentes ab ea, vt regiæ clementiæ participationem nobis indulgeat, ducaturque exemplo Dei, cuius imago est et in terris hisce vicarius, nostrisque infirmitatibus, per condescensionem, facilem et humanū se præbeat, detque et acceptos ferat præteritos lapsus terrori nobis impresso, quo mentes nostræ exagitabantur, anxiæ ne conscientiarū libertas elideretur et suffocaretur:

Et quo magis affines criminis M.^{as} T.^{a} nos
comperarit, eo vastiores valuas clementiæ
aperiet, et indulgentiam mitiorem exercebit.
Henricus Magnus Mis T.^{æ} pater, nobis usus
est, nobis fidem habuit, nosque beneuolen-
tia complexus est: vehementissime suppli-
camus M.^{ti} T.^{æ} ut affectus paterni successio-
nem ad se pertinere putet, perinde ac hære-
ditatem cæterarū parentis virtutū cernere
in votis et animo habet, neue M.^{as} T.^{a}
internoscat nos, reliquosque subditos, aut
discrimen ullū inter eos nosque ponat, præ-
ter id quod statuendū est ex rationis
præscripto, multitudine ministeriorū et
seruitiorū M.^{ti} T.^{æ} et regno conducibiliū:
Inde enim dici et haberi volumus supra
et ante omnes, plusquā ulli M.^{ti} T.^{æ} addic-
tissimi et deuotissimi subditi et seruitores.

DIPLOMA ~~REGIS~~ LUDOVICI XIII. FRANCORŪ REGIS DE PACE INDULTA SUBDITIS PROFITENTIBUS RELIGIONEM REFORMATIONEM PRÆTEXENTIS.

LUDOVICUS DEI GRATIA FRANCORUM ET NAVARRORUM REX, Omnibus et singulis præsentem codicem consulturis salutem. Prout quilibet Princeps Christianus numinis timore non vacuus ab effusione sanguinis humani abhorrere debet, ad effigiem et ideam Omnipotentis creatū esse hominem non nesciens; pariter tenetur idem Princeps non modo declinare occasiones belli ciuilis et domestici, sed etiam omnes rationes perscrutari et amplecti æquas et legitimas, quibus, ad legū sacrosanctam communionem, ad unionem et concordiam sub authoritatis suæ et Reip. umbra colendam et exercendam reuocare et restringere omēs subditos possit. Idem ille orbis moderator, cuius diuinam clementiam experti sumus, cogitationes nostras et animi intima sensa, ex quo ad Monarchiæ Gallicæ regimen et administrationem nos vocauit, comperta penitissime habet. Nec ullus est, quem lateat æquitas et iustitia; necnon necessitas plena et absoluta armorū a nobis raptorū ad tuitionem et confirmationē authoritatis diuinitus nobis

communicata. Quæ veritatis solidæ fundo superstructa nituntur, siue spectem bellum aduersus Optimates illos susceptū, qui quæsitis causis et obtentu multipliciter fucato, tumultus et turbas ciuiles, dū minores essemus ciuerunt; siue memorem intestinam dissensionem recentem, vixdū sopitam, suscitatam a Subditis nostris profitentibus religionem Ref. Præt. qui circumuenti et delusi ac illagueati artificio quorūdam, tam ex illorū simplicitate et credulitate, quam ex publica confusione commodum priuatū captare studentium: tametsi reuera non alia nobis a Deo fuerit indita mens, quam inserta fuit et impressa Prædecessoribus nostris Felicis memoriæ Regibus, eoque tantū animus noster collineauerit, quo pacem illis indultam sartam tectam tueremur, Legum beneficiū illibatū et integrū præstaremus, eosque intra officii et Legū numerū et septa se se continentes, obsequiumque Supremo Magistratui exhibendū implentes, eodem, quo reliquos subditos loco haberemus. In eum finem et scopū, nullis monitis et suasionibus amicis locū reliquimus, quibus possemus obuiam ire ærumnis concatenatis et belli fulgurantis sequacibus; nec cogeremur extrema tentare, ad quæ inuiti et reluctantes pertracti fuimus, vt regiā maiestatem et

dignitatem a vi quæ intentabatur vindica-
remus; utque artificiose consutos scrupulos
et diffidentiæ semina iniecta illoru animis
exueremus et euelleremus: nec non ut casus
tragicos et flebiles, quibus postmodu ob-
ruti fuimus, in nascentis calamitatis pri-
ma origine sepeliremus, iisdem subditis finem
et consilia fautoru et authoru publicæ
huiusce perturbationis patefaceremus, et
denique ut fundu unicu et veru cogitationis
nostræ et propensionis ad eos colendos et
fouendos sub eorundem priuilegioru illis per
edicta nostra concessoru tutela et frui-
tione, planu faceremus. Cum etiam melioris auræ afflatu
tacti iidem subditi nostri religionem, quā
reformationē prætexit, profitentes, culpæ
suæ et veritatis huiusce a nobis indicatæ
agnitione et professione defuncturos, cle-
mentiam nostram imploraturos et aboli-
tionem præteritoru exacturos deputatos
ad M.tem Nostrā regiam ablegauerint. Nos
vero mansuetudini et misericordiæ, potius quam
belli et armoru iustitiæ et seueritati
exercendæ addicti (quamuis per armorum
vim successus felicissimi referendi spem
non dubiam ex anteactis capere possimus)
eoru submissionibus et supplicationibus
flexi et moti, regnicolis et ciuibus nostris
omnibus pacis studio flagrantibus deferre
studentes, nec non uniuersos et singulos ad con-
cordiæ et amicitiæ et humanitatis ciuilis cultum

colligere unanimiter intendentes. Hisce et aliis grauissimis de causis ad id nos compellentibus, ex suffragiis Principum, Ducū, Pariū, Regni Officialiū, Consistorii sanctioris Senatorū, et Illustriū Optimatū, Ediximus, Statuimus et decreuimus, Edicimus, statuimus et decernimus per præsens statutū, subscriptione manus propriæ munitū, volumus et nobis allubescit, vt Edictū Nannetense, decreta et conditiones arcanæ in archiua relatæ, bona fide ad apicem inuiolabiliter in gratiam subditorū nostrorū Ref. P. religionē profitentiū obseruentur ex omni parte et omnibus numeris absoluto complemento ac executioni plenæ mandentur; iisque omniū prærogatiuarū vsus et fruitio eadem constet, cuius participes fuere regnante beatæ memoriæ Serenissimo Rege parente et Domino nostro, adeoque ex quo regni habenis tractandis admoti fuimus ad nouissimorū horū tumultuū exordiū: Volumus vt exercitium Religionis Catholicæ Apostolicæ et Romanæ in oībus locis et oppidis ditionis nostræ restituatur liberū et procul ab omni perturbatione publica: interdicimus omnibus et singulis, cuiuscunque demum sortis sint, ne Ecclesiasticas personas in celebratione diuini cultus, fruitione, et perceptione decimarū, et prouentuū, interturbent et inquietent.

Volumus itidem ut exercitiũ Religionis reformationem prætexentis in urbibus, nulla intermissionis habita ratione, restauretur, ex nostris Edictis, statutis et decretis: adeoque ut thesaurariorũ et publicanorũ sedes stabiliantur in iisdem locis in quibus antea erectæ erant: dempta Camera Neracensi, quam ascribemus illi urbi, de qua statuemus post excepta consilia Aquitaniæ deputatorũ, et consultatione hac de re institutam. Volumus ut oẽs munitiones novæ et recentes urbium, oppidorũ, arcium et propugnaculorũ a subditis Reformationem prætexentis occupatorũ, nominatimque ea munimenta quæ in insulis Re et Cleron Rupellæ proximis recens exstructa sunt destruantur, reliquis quæ olim exædificata fuere integris stantibus. Volumus ut illæ urbes a R. P. subditis insidentur, quæque nos nostrosque deputatos intromittent intra decimũ quintũ diem post promulgatione præsentis Edicti, fruantur et potiantur vi et privilegiis quæ hocce statuto comprehenduntur. Inhibemus expresse omnibus subditis nostris R. P. religionẽ profitentibus, ne cœtus ullos et concilia habeant de rebus politicis, neve circulos, consilia, synodorũque compendiosa corpuscula, seu conciliabula cogant, nisi crimen læsæ Maiestatis incurrere ultro voluerint.

Volumus vt immunes sint ab omni inten-
tione litis et actione: si demas dira et execran-
da flagitia quæ signantur diserte et expri-
muntur articulo 86. quorū nomine cognitio
Magistratū ordinariū spectabit, si quid tale
designatū et patratū sit furente Martis ra-
bie: siue quæ tributa exacta sint, siue sen-
tentiæ in negotiis ciuilibus vel criminalibus
latæ sint a iudicibus, quos illi confirmauerint,
ea oīa rata a nobis habentur, et perpetuū
in oībus illis capitibus nostris Procuratoribus
singulisque Magistratibus indicimus:
Volumus insuper, vt quicunque captiui
ab vtraque parte detinentur, liberi pronun-
cientur, et si quæ chirographa in eum finē
exarata sint inualida et vigore destituta
reputentur. Volumus item vt honoribus,
dignitatibus, nominibus, facultatibus, acti-
onibus, rationibus reddantur omnes quotquot
per præsentes motus iis deturbati et de-
iecti sunt, præter eos vel qui a nobis com-
pensatione honoripretii militaris afficientur,
vel vltro munera sua in alios deuoluerunt.
Vtque hæc omnia supradicta et singula
effectui et executioni tradantur, volumus
vt comissarii vtriusque religionis ~~per~~
omnes prouincias peruadant et singulorū
capitū executionem vrgeant.

Porro denunciamus et mandamus dilectissimis et fidissimis curiarũ nostrarum Senatoribus, nec non cameræ Edicti Bulentis, Prætoribus, Seneschallis necnon legatis, cæterisque omnibus Magistratibus, quos hæc mandata tangunt et spectant, vt præsens diploma in suo singuli districtu inuiolabiliter obseruari ex tenore operã dent, et citra omnẽ dissimulationem exequantur nec derogari eidem patiantur, nisi affines criminis censeri velint. Iniungimus et præscribimus Procuratoribus nostris Generalibus, vel eorum substitutis, vt enixissime allaborent, et in id incumbant, omnique processu iudiciali conuenienti vtantur. Tale n. est placitum nostrũ. In cuius rei fidem sigillo nostro præsentes litteras authenticas et regias muniri iussimus.

Datũ in Castris ad vrbẽ Montem Pessulanensẽ positis vndeuigesimo Octobris die A. D. 1622. regni vero XIII°.

Subscriptũ

LVDOVICVS

Munitæ in ima parte ceræ flauæ ĩpresso sigillo.

De Ortu et Progressu Ecclesiarum Reformatarum in Regno Poloniae et Magno Ducatu Lithvaniae atq item in Alba Russia.

Ex Wengiersciô verbotenus excerpta.

Postquam Deus Opt. Max: ex inscrutabili consilio suo ditiones Regni Poloniae septem subiectas trionibus oculo misericordiae suae aspexisset, et radijs veritatis suae tenebras errorum ac superstitionum quibus crassum in modum regiones istae obvolutae implicabantur discutere ex bene placito voluntatis suae disposuisset: primum quidem humilium et abiectorum hominum opera usus est: abhorrent siquidem [illegible] insigna ipsius superborum cristas: paulo autem post divino hoc fermento etiam reliquam massam Evangelici agri inficiente, clarissimos quosq atq adeo praecipuos terrarum Aquilonarium Dynastas, non solum Encomiastas verum adeo praecones Verbi sui qua voce qua scriptis esse voluit. In Polonia

sane primum omnium ex fratribus Valdensibus seu
Bohemicis quidam comparuerunt, qui Sacrosanctae su-
ius Sementis fundamenta iecere. Horum pietate et
doctrinae puritate non sine Divino instinctu permotus
Nicolaus Olesnicius Dominus Pinczoviae Vir praecipuae
inter Polonos familiae, primus ferè ausus est os Sacrum
attollere caelo, et simulacra Pinczoviana, Monasticae su-
perstitionis fomenta, confringere atque adeo templis extur-
bare. Propter quod audax sane sed praeclarum facinus
quas non molestias vidit? quae non pericula passus?
turba Antistitum Papalium faces suggerente, et Regem
in Comitiis Regni A°. 1550 subinde instigante.
Verum non fuit consilium non fuit sapientia con-
tra Dominum. Perrupit tendiculas impiorum animo-
sus Olesnicius et cultum divini nominis ad Regulam
divinae veritatis amotis Simulacrorum et supersti-
tionum monstris in Civitate sua Pinczoviensi instituit
Scholamque pro iuventute in Vera fide et pietate erudien-
da excitavit, atque Viros doctos quam plurimos in ea
fovit. (Quae et quanta passus sit Olesnicius a Papico-
lis qui fusius scire desiderat legat librum tertium

annalium Orzechowij non adeo pridem editorum) Ole„
snicium in Polonia plurimæ et præstantissimæ è nobili„
tate familiæ secutæ sacrificolis missalibus templorum su„
orum valedixere, erroribusq ipsorum renunciavere. Qua„
rum insignem Catalogum ex subiecto carmine An„
dreæ Tricesy, Viri et Poetæ in Polonia quondam nobilis„
simi videre licet. Porro Valdenses initium præbuisse
reformationi Ecclesiarum in Polonia, non solum ex ho„
minibus fide dignis accepimus, verum id etiam duo„
rum clarissimorum Theologorum superioris ætatis te„
stimonio fulciri potest, nempe Volfgangi Musculi Theo„
logi Bernensis et Petri Pauli Vergerij Episcopi quon„
dam Iustinopolitani. Quorum prior in Epistola ad Ec„
clesias Polonicas Aº 1556. Mense Febr scripta, hunc
in modum. Exosculamur, cum primis admirabile con„
silium Dei quo ante annos aliquot fratres quos Val„
denses vocant Bohemia eiectos, ad vos et ad confinia
Regni Poloniæ transferri voluit, quo Vestris Ecclesijs
in cognitione et propagatione Veritatis adiumento es„
sent. Non erat hoc in animis eorum quorum studio
sedibus suis sunt expulsi; imo nec ipsi puto, quiddi„

vinitus ageretur intellexerunt. Verum qui prudentes huius mundi in suis ipsorum consilijs miris modis infatu-
at, et excæcat, hoc voluit pacto primordijs renascentis apud vos Ecclesiæ haud parum adferre adiumenti. Plu-
rimum autem placet quod in eam doctrinæ formam consensistis quam illi puram simplicem ac minus scrupu-
losam in suis Ecclesijs retinent. Hactenus Musculus.
Vergerius verò ita in præfatione quæ Confessioni Val-
densium præfixa est, Cum Deus me nuper ex Germania in Prussiam in Litvaniam atq Poloniam evocasset,
multas ac varias variarum gentium Ecclesias visendi discendiq studio incensum, tandemq diu multumq
in illa ipsa Polonia obequitando, incidi in Ecclesias circiter quadraginta ad Valdensium morem præscri-
ptaq institutas: Quæ me singulari voluptate læti-
tiaq affecerunt. Etenim pura in illis ac concors so-
nat Evangelij vox: Adeò id quidem ut neq in do-
ctrina neq inter docentes erroris aut controversiæ quicquam non dico animadvertere, sed ne suspicari
quidem potuerim. Cæremoniæ castissimæ atq purissi-
mæ a Papisticis superstitionibus gesticulationibusq

vta alienæ, itaq remotæ, ut ne odor quidem illarum aut vestigium ullum reliquum sit. Hæc Vergerius Tubingæ Cal: Aug Aº 1557.

Quanquam primordia reformatarum Ecclesiarum Polonicarum intuenti, facile in mentem venire possit, etiam in Lithvaniam Sacro quodam contagio ut sic dicam Verbum illud salutis pervenisse: tamen ineffabile Dei consilium longè aliter in illustrandis hisce Regionibus admirandum atq pensiculandum esse videtur. Non enim hic per infimæ sortis hominem veritatem Evangelÿ sui propalari et propagarj voluit, sed per præcipuum atq adeò primarium amplissimæ istius regionis principem videlicet. Nicolaum Radivilium Olycæ et Niesvisij Ducem, Palatinum Vilnensem. de quo paulo ante nominatus Petrus Paulus Vergerius in Epta quadam tale Encomium protulit: Est apud Serenissimum Sigismundum Augustum Poloniæ Regem Illustrissimus Princeps Nicolaus Radivilius Dux in Olyca et Niesvis Palatinus Vilnensis, in quem Deus natura et studium plurima et maxima ornamenta et plurimas fortunas congesserunt: tanta in,

universo illo Regno autoritate, quanta audeo dice-
re nemo est hac ætate apud ullum ex Regibus et
Monarchis. Hunc igitur talem tantumq. Principem
instrumentum ex ὀργάνον quoddam disseminandæ
et propagandæ gratiæ suæ salutaris Deus Opt. Max:
Regionum rigida sub Arcto sitarum in ipsis initijs
esse voluit. Cum enim hic nominatissimus Princeps ob
egregiam animi magnitudinem cæterasq. præclaris-
simas ingenij dotes aliquoties in Germania legatio-
ne fungeretur. primum quidem Augustæ Vindeli-
corum apud Ferdinandum Regem Romanorum
Aº 1545 Post autem Pragæ apud Imperatorem Ma-
ximilianum 2dum Aº 1553 Ubi et Ernestum Ar-
chiducem Austriæ Maximiliani Imp: Filium, ex Ba-
ptismo suscepit: nullum dubium est tum temporis
Christo cor ipsius aperiente etiam verbum salutis
ipsum excepisse. Siquidem illud ipsum Verbum Sa-
crosancti Evangelij summo cum fervore medios inter
gladios et ignes a fidelissimis Dei præconibus ijs
temporibus in Germania passim promulgabatur.
Et certum est quod semen illud Sacrosancti Evan-

gely postquam in pectore ipsius altissimas et firmis-
simas radices egisset, non tam in exteris nationibus
quam in patrys demum limitibus veros et Salutares
fructus abunde produxisse atq inter alios congiariorum
instar sparsisse. Nam complures doctos viros in refor-
mata Religione non initiatos solum, verum splendide
informatos cum ex Polonia tum ex Borussia eum evocas-
set, primum quidem Vilnae in aula sua è regione Aedis
D. Iohanni Sacratae in cassum frementibus atq adeò
frendentibus Papicolis magna cum accessione et au-
ctione fidelium Evangelium Lucis praedicari curavit.
Post in praedio suo Lukiscano uno ab urbe Vilnensi lapi-
de dissito Exercitum religionis agitari instituit. Quo
cum ingens audientium et credentium turma è me-
dia Civitate confluerent, nec parietes in gratiam Sa-
crarum concionum subitaneo opere excitati confluen-
tium turbam caperent, alteram suam Aulam amplissi-
mam in medio foro locatam Auditoribus Sacri Evan-
gely per se suosq illustrati in Civitate Vilnensi assigna-
vit et donavit. Verè hic Princeps instar alterius Josiae
codicem Legis divinae iam pridem sub modio latentem

pulveribusq supra modum obicctum primus in Lithu-
nia sordibus abstersit et tenebris ereptum in can-
delabro Ecclesiæ Christi, quo instar ardentis lucernæ
in cordibus fidelium micaret, primus collocavit.
Convocatis namq multis Latinè Grecè, et Hebraicè
doctissimis viris, hoc ipsis negoty dedit, ut Sacros Ve-
teris et Novi Testamenti Libros in Sarmaticam trās
funderent Linguam. Quod quidem ab ipsis magna cum
fidelitate, magnaq cum sedulitate, non sine ingentibus
liberalissimi Principis sumptibus haud illaudabiliter
est præstitum atq demum Aº 1563 in lucem opus
illud stanneis typis est editum. Ei operi ipsemet lau-
datissimus Princeps Eptam dedicatoriam ad Sigismun-
dum Augustum Poloniæ Regem præfixit. In qua gra-
viter et animosè planeq ut magnanimum et verè
Christianum decuit Principem Regem hortatur
ut derelicto Idololatrico cultu. idoliq Romani ve-
neratione quo Papa purus putus Antichristus ocu-
los fidelium præstringeret ad veram facem divinæ Ve-
ritatis quam in ditionibus ipsius latissimè mani-
festatam manifestè iam cerneret, totum sese ad eam

amplectendam et venerandam converteret, ni se suosq subditos atq adeò universum Regnum, divissimis calamitatum periculis involvi agitariq cuperet; quorum quidem pediculorum ob summam mortalium ingratitudinem lumen divinæ Veritatis palam in oculis ipsorum incensum temerè aspernantium iam magnum specimen appareret. Hunc igitur in modum magnanimus iste Heros et voce et scriptis et exemplo in frigidissimis Septentrionum oris, Verbo Salutis viam præivit atq adeo munivit. Quod cum aliunde tum vel maxime ex Epistola illa quam contra Alloisium Lypomanum Pauli IV Legatum, imprudenter quin adeo impudenter planeq absq fronte ab ipso lacessitus ~~dixit~~ scripsit. Nemo sane doctrinam laudare iudicium extollere, ingenium denig multarum rerum experientia expolitum admirari in illa Epistola satis potuit. Eximium profectò atq adeò illustre confessionis et defensionis fidei Orthodoxæ specimen in ea ipsa Epistola elucet. Reperitur publicis typis quinq linguis, Latina, Italica, Gallica, Germanica.

et Polonica edita ante annos 60 Quanto cum
detrimento Reipub: Reiq Christianae Princeps,
hic Vitam cum morte commutarit, ut nihil aliud,
Epitaphium sane illud quod apud Davidem Chy-
traeum in Chronicis reperitur, abunde testari potest
Occubuit Litavum Radivilo gloria terrae. Heros in-
genio non cito talis erit. Neq vero tantum quam
diu vixit bonum Ecclesiae promovit. Sed et mortem su-
am diu multumq Evangelij cursum cum in ditionum
suarum oppidis tum et in alijs locis propagari fecit.
Non solum enim viros doctos eruditione et pietate in-
signes ex varijs terrarum regionibus accersitos, penes
se in ditionibus suis fovit: ex quibus fuere, Petrus
Paulus Vergerius, Simon Prosovicius, Simon Budnaeus
et alij; verum etiam complures alios elegantioris in-
genij, e nobilitate adolescentes in varijs Germaniae Aca-
demijs sumptibus suis aluit et in vera pietate ac
cognitione Dei educari curavit. Ex ijs post modum
plerique ut puta N: Genesius N Vandrogovius et in alijs
magno cum profectu Evangelicae doctrinae Verbum

Domini in Ecclesiâ Vilnensi annunciaverunt. Ac
prima sane Synodus sub auspicys prædicti Illustris„
simi Principis A° 1557 Mense Decembri Superat,
tendente Ecclesiarum Lithuanicarum, Ratenicarum
et Podlachicarum Reverendo Viro Simone Prosebicio
Vilnæ celebrata est.
Sed quid Roxolanicarum Ecclesiarum mentio facta
est, adyciam mantisse loco id, quod in pys pectoribus, sin„
gularem proculdubio divini beneficy in Rossanicas re„
giones singulari modo effusi admirationem et conside„
rationem pariet. Siquidem Anno Dni 1552 è me„
dia Moschovia tres Monachi Græcanici ritus habitusq
(vulgo Czerncy quasi nigritæ appellantur) nempe The„
odosius, Artemius, et Thomas Vitebsciam Albæ Rus„
sicæ ad Dunam Fluvium amplissimam et celeberrimā
Civitatem appulerunt. Hi nulla alia lingvâ præter
Maternam nullisq literis alys præter patrias instituti
idololatricos cultus damnare, idola primum quidem
ex privatis laribus mox è publicis delubris confra„
cta eÿcere populum ad invocationem solius Dei per,

Christum auxilio Spus S: voce et scriptis revocare.
Verum cum prædicti monachi in primo propagandæ
purioris religionis fervore, odium et furorem, super-
stitiosæ et nunculis perquam addictæ plebis ferre
haud possent extimulantibus fomitemque itentidem
præbentibus sacrificulis Græcanicis, qui ferrum et
ignem omnibus eorum sectatoribus minitabantur
extulere inde pedem, atque sese in interiorem Lithva-
niam contulere ubi iam paulo liberius Evangelij
vox personabat. Ac Theodosius quidem senio con-
fectus atque octogenario maior cum esset non mul-
to post ad superos commigravit. Artemius autem
ad Illustriss: Principem Georgium Ducem Slucensem
et Copilensem se contulit. Porro Thomas cum cæte-
ris eloquentior et cognitione Sacrarum litterarum in-
structior videretur, ad Ministerium Sacrosancti
Evangelij promotus est. atque paucis post annis Polo-
ciam urbem amplissimam. in qua iam doctrina pu-
rior pullulare cœperat, ad instituendos in vera co-
gnitione ac pietate confirmandos fideles missus est.

In qua vocatione fideliter per aliquot annos fungens
et constanter perseverans morte sua et sanguine po„
stremo fundamenta iactæ doctrinæ conspersit et con„
firmavit. Cum enim Johannes Basilides Magnus
Moschoviæ Tyrannus Aº 1563 Idibus Febr. Polo„
ciam expugnasset atq inexpugnatos gravius de„
sæviret etiam in probum illum Christi præco„
nem exemplum Crudelitatis statuere decrevit,
eoq gravius quod hominem suæ nationis, suæq su„
perstitionis aliquando fuisse iam autem in diver„
sa de religione sententia et manere et constanter
perseverare fando accepisset. Igitur eductum in
glaciem Dunæ fluvij fuste prius capiti eius illisa, in
aquam glacie perfracta qua flumen erat vorticosius
præcipitandum curavit. Sed neq ex cordibus Vitep„
scensium Verbum illud quod a monachis præfatis non
sine divino numine sparsum fuit, redijt vacuum, domino
ipso apud Esaiam Prophetam ita pollicente. Quin po
tius in plurium animis multiplicem protulit fructum.
Nam gustato quam suavis esset Dominus, quamq Ver„

bum eius dulcius favo mellis pertesi Idololatri-
corum cultuum, cum ex Lithvania tum ex Po-
lonia verbi Dei Ministros et purioris Religionis
præcones non multa interposita mora
post accersiverunt. atq Domum publicam
audiendis Sacris concionibus,
invocando Divino numini admi-
nistrandisq Sacramentis in in-
feriori Castro prope Tem-
plum Nativitatis
Christi unanimi-
ter erexerunt.

CHRISTIANI AMORIS DEXTRA PORRECTA 1 Jo 5: 1.

Vnum hominem nullum hominem esse, omnes homines unum hominē constituere, veterum sagacitas animadvertit Quicquid enim alterum alter excellat, ac nonnulli suprema rerum fastigia occupasse videantur, nemini tamen datum est vel humanæ imperfectionis stadium excedere, vel mutui auxilij necessitatem superare, sed in eo optimus quisq acquiescit, ut aliquid ad humani generis rem communem suo sive genio sive opera contulisse videatur.

Duplex vero est publicarum operarum genus; Vnum violentū, alterum amicum, quorum illud mundus imperat, dum duro servitio, omnes quicunq nomen dant premit, et ad varios insanosq labores adigit, vix ulla respiratione concessa, stipendioq nullo soluto, sed vitæ miserrimæ periodo indignitate et ingratitudine terminata. Hujus se caput et Principium Christus profitetur. humanissima similitudine, nos membra sua agnoscens, devinciens et ad varias actiones laudabiles adhibens, corpus hoc suum fovens, animans, decorans, servans atq futuræ profectioni apparans. Itaq ut mundus regna sua habet et Imperia, quæ multiplicibus vinculis inter se connexa et intricata sunt, ita Christus Ecclesiam in his terris constituit, haud quidem a mundi tyrranide exemptam, aut inaccesso aliquo loco tutam sed tamen mutuæ charitatis ligamento ita coniunctam et confirmatam ut partes mundo adversas tueri, terræ beneficijs perfrui, ac inter se optima communicare audeat.

Inde enata est amicitia Christiana, haud paulo perfectissima etiam huius mundi amicitiæ superior, quæ non tamen quid deceat, quid expediat, quid delectet, docet et suggerit sed quid Deum conciliet, Satanam superet, Naturam devinciat, cælum reddat, carnemq domet aperit; quæ etsi rarior et in medio Christianorum est, tamen nec ullo sæculo, omnino abfuit, nec nostro hodierno deerit, si quosidem Pater Spiritus regit, quosq idem mutui auxilij desiderium habet excitemus.

Est autem amicitia Christiana bonorum in Chro consensus ad Deum verè colendum, Evangelium serio amplectendum, Proximum sincerè diligendum Mundum sollicite fugiendum, cætum studiose affectandum, eam veteres brevissimo complexu imitationem Christi dixere, quod Exemplo Servatoris nostri confectae ab eo leges, formam et requisita cuncta accipiat; quæ etsi sub iniquitatis mysterio plurimum inquinata est, et superstitiose habita, tamen haud ita nobis displiceant maiorum nostrorum errores, ut quod excessu illi dereliquerunt, nos defectu superemus, et dum pristam simplicitatem evitamus, omnem Christi simul observantiam, sequelamq omnem abijciamus. Inter bonos igitur hunc sacrum amorem coalescere decet, qui vanitatis et servity huius mundi pertæsi cælum æstimant, et ex animo appetunt, indeq ad Chrum confugiunt, a quo uti salutis, verbum et obsignationes sacras habent ita et recte vivendi modum addiscunt, cor ad libertatem, ab huius Terræ compedibus reducunt, cætera sub patientia et tranquillitate componunt, ac omnino mutua bonorum donorumq communi

cation

catione mitigant et elevant, sese mutuo erudiunt, emendant, commendant, denique etiam ad huius terræ intuitum et quotidianam fabulam admittunt, quod licet in universum omnibus Christianis competit, nihil tamen impedit, aliquos huius sibi amoris legem velut indixisse huic amori fidem, dexterasque dedisse, hunc amorem certis conditionibus circumscripsisse. hoc amore arctius etiam et magis privato usu perfrui. Quod sane amicum consortium nemo cuiuscunque dignitatis excellentiæque sit modo Christum imbiberit dedignari potest. Nam cum Christianus amor, qui cælum aliquando occupabit, neque potentiam neque nobilitatem, neque eruditionem neque ullam virtutem dedeceat, sed suum possessorem, quovis loco, tempore, aut statu exornet, tantum abest, ut viliorem reddat aut honoribus suis exuat, facile suum cuique dabitur, et servabitur, nec minus res Christiana sub dilectionis tessera, unanimiter agetur, cum omnes se Christi cohæredes, omnes Christi discipulos, et quæ maxima ubique sæculi dignitas est, omnes Christi fratres, nec nisi Scenæ huius actione varia, distinctos esse, agnoscent, et subinde animo reputaverint.

§ Cæterum consensus ille eiusdem Religionis confessionem præsupponit, eius nempe quam Christus ipse sancivit, nos edocuit, atque hac mundi senecta maximo miraculo restituit: quæ licet et maximo hodie strepitu, et contentione multis literis, minis et prægrandi pondere et numero constet, tamen quod dolendum est, minus quam decebat, ad Christi exemplar nos

Christianos.

Christianos habet, scilicet efformat, et verbis potius, quam re
ipsa prævalet, indeq magnæ sollicitudinis nos admonet, ne vel no-
mine nudo acquiescamus, vel temerario de alys judicio super-
biamus vel mundi commixtione Christianam simplicitatem
corrumpamus.

Tum demum vero optimæ religionis erimus, si Deum Verum,
Vnum et Trinum, mundo expræssum, regimine conspicuum, verboq
patefactum, adoremus. Hominem quondam perfectum, mox per-
ditum, postea correctum, deniq restituendum, sub misericordiæ
consilio, amoris opere et fidei accomodatione noscamus. Christi
exinanitionem et exaltationem, unius mysterio connexam, admi-
remur; hunc Prophetam nostrum audiamus, huic Regi nostro
pareamus, hoc Sacerdote nostro experiamur, atq intra Ecclesiæ
arcam, animam sancti Spiritus afflamine, sacrorumq Ange-
lorum remigio, per mundi fluctus ad æternitatis portum
enavigemus.

3 Hoc nempè Evangelium christi vult, cujus singula verba
nobis Dei ardentissimum affectum Christi fidelissimum
ministerium, S. Spiritus diligentissimam institutionem de-
biti nostri, suavissimum jugum, mundi absurdissimum
servitium, Satanæ nequissimas imposturas, cæli ineffabi-
le pretium inculcant, ut ab omni huius terræ multitudi-
ne unos Christianos fide, lingua, opere moribusq separet,
distinguat, et rerum universitati quasi opponat, atq cum tot
hujus orbis monstris comittat, quod nisi impetret quicquid
ubiq Chrūm sacra, profanaq resonent, quicquid formentur, refor-
menturq homines, parum aut omnino nihil obtinuit.

Hinc

4 Hinc est quod nostram jactantiam pudefacit, et intimum cordis prodit. Proximi neglectus, vel etiam odium, quem diligere Christianorum symbolum est, et signaculum. Id si quis quærat inter superiorem et inferiorem potentem et debilem, nobilem et ignobilem, sacrum et Laicum, eruditum et indoctum, divitem et pauperem, aut persimiles alios diversæ sortis Christianos habebit opinor quod desideret, quod Christo dissimile, et a cælorum Regno aversum fateatur, habebit ni fallor, quod Conscientiæ suæ et securitati exprobret, habebit inquam, cur ad Examen nostræ charitatis exhorrescat, cum inter Dei filios, tam immanis disparitas, tamq irrationabilis inæqualitas apparuerit.

5 Quid enim per Deum immortalem imo infiniti Christianorum, non dicam à Judæis, Turcis et Barbaris, sed ut mitissime dicam, a mundanis differunt, qui tamen cum sacris Christianis initiarentur, mundo renunciarunt omnes, omnes odium et perpetuū conflictum, sunt perpessi, qui nunc omnes mundi regulis, cæremonijs, distinctionibus; consvetudinibus. Etiam a Christo alienis et diversis, sed rationi etiam et naturæ invisis, nullo metu, nulla Evangelij reverentia utuntur, et hujus absurdissimæ vitæ excusationem, sub imbecillitatis humanæ involucro, qui modestissimi sunt Christi merito immergunt, qui intemperantiores, sibi condonandā, sibiq deberi contendunt aliqui etiam non tam incompositæ, quam sceleratæ Vitæ licentiam, et veluti ordinem confingunt, qui omnes tamen Christi nomen ~~confingunt~~ agnoscunt, et suis actionibus deducens.

6 Superest ergo ij demum verè Christiani audiant, quibus cælum cordi curæ et in summis votis est, ut huc studia sua et bona

velut.

mercator ille, in Vnionem omnia conferant, ob id adversa omnia et periculosa subeant fortiter, et sustineant patienter, præ illo cun„ cta huius orbis speciosa, et mundi blanditias dedignentur, ad illud omnia optat, et rectè factorum laudes, laborumve præmia referant, atq vita verè in his terris peregrinentur, ut ad se pa„ rum admodum eius de quo inquilini mundi sunt solliciti per„ tinere arbitrentur, qui si maxime carnem nunquam satis exu„ unt, sed huius trepidatione et indocilitate subinde hærent et impediuntur, tamen ita nunquam collum mundo submittunt, ut palam se vitiis immergi patiantur, vel consueto tramite re„ parari sed perpetuis conatibus et exercitiis, mutuisq stimu„ lis et desideriis, advocato in auxilium sacro nomine hoc agunt, hoc serio agunt, quod placere Deo; displicere Satanæ intelligunt.

Quotiescunq igitur homo se Christianum meminit toties obli„ gationem suam sibi opponit, ut aliter sibi credendum, cogitan„ dum, loquendum, agendum, affectandum, ferendum, discendum, quam qui mundo nomen dedit, sciat, aliter inquam ac omnino diversum, cum huius implacabilis hostis Christus sit, a suis id exigat. Nam cum Christianus alia, expectet, atq adeo opti„ ma, mundo extrema quæq supplicia decreta sint, quis dubitet omnes eos in pœnæ partem venire, qui hic morum socii fuerunt? unos illos cælo honorandos servari, qui hic a terrenis se abdicarunt, et vera fide contra infidelitatem militarunt, nisi velimus a Deo expectare, ut iis tyrannos simul et depressos, hypocritas et candidos tripudiantes et ejulantes, saginatos et esurientes, tumidos et exsuccos, nulla distinctione ad se admittat.

pœnitentesq

pænitentesq cum non pænitentibus commisceat. Nec tamen est, ut unquam talem nobis sanctitatem, et morum innocentiam tribuamus quæ cœlo digna sit cum nunquam satis nostram corruptionem deplorare, operumq imperfectionem accusare satis possumus, atq merito ad Chrum omnia grata referamus, omnia ei comittamus, omnia ab eo expectemus et imploremus, sed hocunū quærimus, ut cum mundus a suis sive verius nobis omnia impetrare possit, Christus etiam aliquid eorum obtineat, quæ facile fieri possunt, nec nisi affectata obstinatione, vanitate vel malitia etiam, ei negantur: moderamen puta morum, temperantiam appetituum, humanitatem actionem, compositionem Ordinum, et similia his quæ sub Christiana amicitia inter multos, vel sane inter pauciores, ita institui possent, ut honorum societatem non tam iucundissimam, quam perutilem, atq in hoc illoq ævo gloriosam efficerent.

Cum quod Deus suos non uno loco conclusos habeat, sed per varias terras dispersos, qui sub Babylonica captivitate gemunt, et improborum mores insolentiamq sustinent, ac non nunquam cum Elia, se solos superesse ~~superesse~~ conqueruntur, expedit, ac ~~[illegible]~~ Christiana est, ut alius alteri innotescat, ac mutuò solamine, hæc mundi durissima servitus mitigetur, cum eiusdem S. Spiritus consensum, eandem vitam, eadem desideria, easdem querelas et aliunde exaudiant, atq quasi ore ad libertatem Christianam anhelent. Quæ quia vix in his terris aperta, et florens expectanda, tamen generosas mentes tacita voluptate perfundit, cum oia reliqua devinciri posse, unam animam solutam et liberam Deo relinquendam, et ipsi intra se experiantur, et in aliis.

verè

vere Christianis animadvertant.

Quod igitur Christus auspicatum esse velit, hanc Christiani amoris et fidei dextram porrigere omnibus et singulis visum est, quotquot mundani carceris non inexpertes, et terreno iugo fatigati, ad Christum Liberatorem suum, toto pectore aspirant, ut his visis probatisq suas vicissim iungant, et insolubili concordiâ connectant; cuius amicitiæ centrum sit Christus, sedes pectus Christianum, lex vita Christiana, finis cælum Christianum, nihilq potius mundū dissuadeat et exosum reddat, quam Religio Christiana, ut ex animo benè velint, benè faciant, beneq prospiciant, et tam consilio quam opere, tam verbis quam opere, tam præsentes, quam absentes sese iuvare velint, benè faciant, cuius Regula sit Christi exemplum, infinitæ licet perfectionis, tamen ad humanas virtutes ita accomodatum, ut ad umbram aliquam scilicet qualemcunq repræsentationem, longè facilius quam mundi gesticulationes et histrioniam addiscunt, nos sub fidei conductu admittat.

Neq vero hæc amicitia nostram aliquid vel insolitum, vel superstitiosum adferet, sed id tamen quod iam ante credimus, agnoscimus et profitemur, serio inculcat, non ordines humanos dissolvit, aut omnia commiscet, sed Christianæ ac mutuæ æstimationis distinctionisq rationabilis admonet; non opes terrenas abycit aut exhaurit, sed in Chrum et Christianos potius usus, quam mundi sordes et vanitatis chorum expendit non humanas scientias aspernatur sed cum cælo et superna sapientia confert: non terras subterfugit aut specus

eligit

eligit, sed sagacissima contemplatione velut obambulet.
non singularitatem aliquam, affectat, sed in simplicitate,
integritate et rectitudine Christiana, quiescit. Tu ergo quis,
quis es homo optime Christianæ cœlum sentiens; et terram
nauseans, per Jesum Christum amoris Principem, submisse
reverenter, officiose, amanter, fraterneq ex animo rogo atq
obtestor ut hinc amicitiæ Christianæ inde confusionis mun,
danæ circumstantijs libratis, ad id animum mecum appelles,
quod animæ corporiq consultissimum, tum divina revelati,
one, tum Christianorum experimentis, tum tuæ etiam Conscien
tiæ consensu repereris. Vt vel tandem audeamus Deum
sequi, mundum deserere, Christum amare, Satanam odisse,
Spiritum exercere, carnem compescere, verum amplecti, va,
num spernere, proximum diligere; Nobis renunciare qui
in singula fœderis divini requisita, sub Dei manu expedita,
plana liquidaq Satanæ imposturis, nobis veluti dura et molesta
non tam effinguntur, quam durissimis et intolerabilibus oneribus
commutantur. Nedum sic Christum somniamus, mundum vero
revera sapimus, religionem spiramus, et rei veritate regiones spe,
ramus, mundus nos solita sua fide et gratia quidem reyciat, Chri,
stus vero iam toties explosus, terræ reiectamenta non recipiat,
sed potius dum mundus vocat fugiamus, dum fovet, repugnemus,
dum blanditur diffidamus; dum trahit erumpamus; dum ditat
reyciamus; dum apprehendit, vel misso pallio elabamur.

Quod ut possimus Sacrosanctam Trinitatem ado,
ro cui nos commendo.

CHRISTIANAE SOCIETATIS IMAGO Math. 18. 20.

Unione nihil esse Deo propinquius, dissonantia remotius nihil, omnium opinor hominum conscientia et experimento constat: et tamen humani generis hostis Sathan, usq adeò distrahit mortalium corda, ut dum singulas suas res sibi satagere nituntur, oneri succumbentes, omnes ad varia quærelarum genera delabantur, nunc naturæ difficultatem exprobrantes, nunc mundi importunitatem accusantes, nunc vitæ brevitatem deplorantes, nunc fortunæ lubricitatem increpantes, deniq quovis modo culpam a se removentes, cum potius rerum humanarum inter bonos communicatione malis omnibus quantum quidem huius terræ et terrigenarum sors sinit, occuri, succuriq melioribusq felicissimè posset.

Id sagaciores hominum animadvertentes, iam olim, at in hæc usq tempora eius instituti, de quo inter ipsos convenit, societates inierunt, ut quod unius hominis, vel paucorum non esset multitudine in uno conspirante supplerentur, laboreretur, atq omnino ad totius veluti terræ participationem admitteretur, cuius ea semper apparuit commoditas, expeditaq ratio ut propter ingentes opes, variam huius mundi notitiam, indeq humanæ curiositatis alimenta largiter contulerit.

Sed etiam Antichristus ut omnino inviso suo Chrõ illuderet variorum Ordinum factionibus Orbem replevit non tam ut securitatem suis, voluptatemq procuraret, quam ut ipse rerum omnium Primus motor, oẽs terrarum orbiculos, suo arbitrio rotaret

orbemq

bis machinis undiq dispersis, ad nutum moveret, atq ita terre,
nam divinitatem usurparet. Eo certe progressu ut unus nemo
hominum unquam mortalibus turpius imposuerit, callidius frenum
iniecerit, sublimius imperitarit. Mirum itaq sit hoc renato
quasi mundo, et renovatis prope inveteratis omnibus, sub reli
gionis sole, artiumq humanarum luce, plerosq meliorum et cordatio,,
rum intra Vota Collegij. ꝯ. Societatis rerum optimarum subsi,,
stere, nec audere aliquid pro supremo fœlicitatis terrenæ fastigio
conari, scilicet ut Christianæ imitationis Exemplar aliquod,
animo corporeq exhibeant, ac mutuæ charitatis vinculo, ita
sese connectant, ne quid omnibus desit, quod indulgentissime
Deus singulis concessit, et qui omnibus est Donorum Dei The,,
saurus singulis prosit, maxime, cum ea sit, huius unionis, tum
Facilitas, tum suavitas, ac evidens usus, quæ vel sordibus hu,,
manis inquinatum, stimulare possint, nedum Christianæ liberta,,
tis communionisq avidum, et ad cælorum iter resolutum exci,
tare.
Sunt tamen qui ita sentiunt, rem bonam multorum passim con,
sensu et approbatione expetitam, paucorum, interdum etiam
unius animositate, convecti, suscitari, atq in aliquam formã
adduci, quæ uti plerumq exilis est, atq informis, ita paulatim
robur, decusq suum acquirit, et variorum Dei donorum concur,,
su, angustam faciem impetrat, ut omnino appareat bonitatis
scintillas undiq dispersas, faces vero minus numerose accensas
et animos Deo calentes, non cuiuvis sed stati temporis do,,
naria esse, quo inde audere liceat quod vovere jam dudum libuit.

Sic nostro tempore visum est aliquibus Christo sacratis et a mundo alienis, Christianum inter se Collegium instituere, quod si,,cut ab omni superstitione, vanitateq immune, ita ad veræ pie,tatis, candidæ integritatis, et sincerioris literaturæ, viam ineundam peragrandamq varia subsidia, et compendia suppe,ditaret, quo etiam viri boni et cœli avidi, dum terrarum vin,culis sunt impediti, semet mutua charitate, et commoditatum ornamentorumq huius vitæ communicatione solverentur. Mun,di imposturas et insidias communi consilio evitarent, ingenij humani nobilitatem rerum ab orbe nato cognitarum peritia condecorarent, deniq aurea Christi pace tranquillitateq per,fruerentur.

Id institutum, quia plane innoxium, nullisq mundi regulis vel legibus inquinatum, nihil omnino dubitat se cuivis bono scilicet Christi amanti aperire, suam facilitatem, et ad vitam decenter degendam fœlicitatem exhibere, atq simul ad bonorū omnium Societatem et communionem invitare, cum nihil aliud velit, exigatq quam Christus exclamavit, Apostoli urserunt, Ecclesia propagat Christiani omnes debent, scilicet Deo cultum, naturæ modestiam humanitati eruditionem, non tam verbis, quam ipso opere servemus.

Hinc Societas hæc Christiana nullum omnino vitæ ordinem dissolvit, nec quenquam, (nisi id valde expediat) a sua honesta vo,,catione sede vitæq genere avocat, sed corpore quovis loco reli,,cto, animos tamen in Christo nectit quibus ad devotionem pro,bitatem et sapientiam formatis facile erit omnia reliqua ita com,,ponere.

ponere, ne qua Ordinis Principi Christo iniuria fiat, vel in„duciæ cum mundo, cui hæc societas adversa esse debet, ineantur, sed purgato hominis corde, omni organorum Christianorum fon„te, cætera cuncta ad animæ corporisq harmoniam temperentur.

Scopus vero societatis Christianæ hic unicus et verus esto, post religionis sincerioris quam Evangelicam scilicet Lu„theranam vocant, confessionem, et vitæ compositæ professionem, sciendi vera, agendiq bona media et instrumenta consectari. dextrè inventis uti, prave supposita emendare, mundi consuetudi„nibus renunciare, Christi præceptis obsequi, scilicet breviori com„plexu Salvatoris nostri doctrinam et mores, ore, corde, voce et opere, æmulari atq repræsentare.

Caput Societatis ex Germaniæ Principibus vir pietate, pro„bitate, et literatura illustrissimus est, qui sub se secretioris con„silij collegas, duodecim habet, omnes insigni aliquo Dei donario conspicuos. E quibus tres eminent, unus sacrorum, alter virtutum, tertius litterarum Antistes; reliqui in tres combi„nationes distributi sunt. Theologus, Censor, et Philosophus, Politicus, Historicus et Œconomus, Phisicus Mathematicus et Philologus: omnes Germani sanguinis; quibus intimiæ datum Collegij nosse, ea disponere, mutare, simulq in reliqua societatis membra moderatum habere judicium, atq arbitrium, unde certo commodoq tempore, si Deus sinat, conveniunt, vel literis de Pu„blica salute sententias conferunt, vitia obrepentia avertunt, salubriora oblata examinant, candidatos adoptant, bonos ambiunt atq omni modo Collegij augmenta procurant.

His

His juncti sunt fide et incrementorum Regni Cælestis deside-
rio, viri alij, nullo numero certo, devotione, charitate, inge-
nioq conspicui, quorum virtutes iam cognitæ et expertæ
eos Societati commendarunt. Hi vel autoritate, vel opibus, vel
dexteritate Collegium juvant; cæterum in eo omnes conspirant,
ut dedignentur mundum, ambiant cælum, dediscant carnalia,
exerceantur in spiritualibus: quorum exinde is est fructus,
ut non tamen inter sese noscant et ament, quotquot Germania
mitioris, nobilioris, diviniorisq spiritus, hinc inde dispersos alit,
sed mutua etiam rerum suarum commutatione, variarum ter-
rarum beneficia innotescant, veritas illucescat, honestas efflo-
rescat, maxime vero quibus iniquior sors liberariori ingenio
vincula paupertatis vel obscuritatis iniecit, benefica Collegarum
manu, liberentur, et ad ea quæ in votis habent, unicè ad-
mittantur, vita tot incommodis impedimentisq fatigata, ex-
peditior reddatur. mores in mundo distorti corrigantur,
aliaq verioris Philosophiæ Privilegia conferantur. Quæ
singula si quis æstimet, quantum ad suam vocationem vi-
teq genus (in quo maxime impeditur) emolumenti atq subsi-
dij adferre possit, nihil omnino dubitabit scilicet nobilitate suâ
societatem condecorare, scilicet opibus ditare, scilicet laboribus
juvare, scilicet ingenio dirigere, scilicet quoquomodo, quem Deus
suppeditaverit, Collegij florem procurare.

Qui sacris præest, hoc agit, ut Christianæ religionis veritas, no-
bis constet, neq Hæreseon maculis fœdata, animos hominum su-

spendat

spendat, sed S: verbi fundamento ut Ecclesiæ testimonio, tum orbis etiam consensu sese ipsum evincat. Inde Dei cultum quem Christus voce et exemplo præscripsit, inculcat, candorem, simplicitatem, humanitatem, patientiam, liberalitatem, temperantiam, castitatem, laborem et similia Christianorum requisita exigit; crucis, lucisq verbum commendat, atq ita Christi imitationem, in omnibus quotquot Christo et Suæ Societati nomen dederunt valide urget.

2 Qui virtutibus præfectus est, naturæ regulas et iura adhibet quæ hominem humanitatis admonent, et recte factorum dictorumq exemplis alliciunt. scilicet cum omnibus sæculis, et sub quavis religione, virtutibus suus locus, suus et honos fuerit datus; cum gentiles rationis modestiam multo opere fuerint consectati, nobis Christianis integrum non sit, eam rationabilitatem vitæ appetere, quæ si non cœlo patriæ quondam nostræ conformur, sane barbarorum moderationi non inferior sit, sed ex tot consvetudinum inexcusabili servitio ad libertatem Christianam, ab illa infinita disproportione æ ad æquabilitatem compositam, a tot iurgiis et cædibus ad concordiam et benevolentiam mutuam conducat. Sane quisquis res suas sive nummo, sive nomine, sive vi, sive consensu constant, ad naturam integrè examinaverit, multum opinionis iis detraxerit.

3 Qui literis præsidet plurimum habet quod agat. Nam cum

hoc mundi senio omnia propemodum humana literis con,
credita sunt, quam moles in immensum excrevit, et non tam
veritate quam falsitate, soliditate, quam vanitate, orbem
adimplevit, permagni interest, qui id tantum eruamus, quod
Christiano expediat, maximè cum permulti ejus sint opinio,
nis, ut præstare putent hanc impuram massam omnino non
tangere, quam pari cum alijs infælicitate pertractare. Nos
vero literas odisse non possumus, si intra terminos Christi,
anæ simplicitatis contineantur, et animæ libertati nihil
obstent, magis etiam amamus, si universo hoc nobis prodito
inanitatis et imperfectionis rerum omnium nos convincant
et ad certiora in cælis affectanda dimittant.
Literarum itaq Antistes, cum iam infinita rerum scienti,
arumq humanum tractatione complexum aliquem, sive ideam
Eruditionis sibi collegerit, id iàm meditatur quî huius Ency
clopædia facilior cuivis liberali ingenio communicari possit.
Cum enim ad tot diversosq sciendi modos, unius hominis nec labo,
re, nec industria, nec vita sufficiant, et tamen priorum sæ,
culorum indignatione plurimus nobis apparatus collectus
sit, operæ pretium est ita nobis singularum rerum sum,
mam et gustum exhibere, ut quivis velut in divino emporio
intelligat, quid et qualia Creator summus cum homine com,
municarit. Postea cum tot diversorum opinionibus maxi,
me vero paucorum aliquot persvasionibus et imperio, res
contra veritatis mentem et finem nobis obtrudantur, quæ
dexe

dextre diiudicare non est cuiusvis, id sane maximo inge-
nus humanum merito examinandum ac quoadusq fieri
potest. ad divinam lucem repurgandum, atq tum demum cum
Christo coniungendum est: quod etsi moliminis maioris, quam
cui pauci aliquot par sint multi videri possent, tamen si
apud se reputent quam maximas dotes Deus soleat ijs
conferre, quas emendationi rerum destinavit, quamq ex mi-
nimis initijs res humanæ in immensum brevi excrescant, quod
etiam pondus diversorum ingeniorum dona habeant nimi-
me de insigni aliquo fructu desperabunt.
Hoc fine diversarum facultatum et studiorum exercita-
tissimi in unum coaluerunt, ut dum sua singuli exacte co-
gnoscunt, simul etiam vitia quæ irrepserunt agnoscunt
sub uno suo directore, qui auditis omnium sententijs, quod
optimum collegit eò usq mederi malis et consulere bonis
possint, ne quid unquam quod desideret capax et liberale
ingenium habeat, sed ad universalem rerum contemplatio-
nem et literaturæ totius breviarium admittatur: Sin uni
rei penetrandæ semet dare libeat, instrumentis ad id
debitis ex omni supellectile (quæ alibi rarissima est) iuve-
tur atq ita eruditionem longe minori quam Scholæ nostræ
solent, difficultate humanitate et candore maiore impetrare
liceat. Id cuius sit futurum compendij cuius in optima
ingenia liberalitatis, nemo prudens non animo suo cum vo-
luptatione et admiratione conceperit.

Cumq.

Cumq Germaniæ nostræ linguæ, ad res humanas omnes conti,
nendas, exprimendasq si cultus et usus accedant, nihil omnino
desit, quin potius id Patriæ debeamus, ut ab impotenti aliarum lin,
guarum imperio, quantum fieri potest atq ita liberemus, atq ita
non Scholarum tamen mancipia, sed omnia melioris luti inge,
nia (qualia cum dolore multa sordere videmus) ad contemplan,
da et pertractanda Dei munera admittamq: visum est vernaculâ
lingua, omnium scientiarum summam promulgare, quæ etsi
primo intuitu durior et intractabilior appareat, paucissimis
annis sub exercitio illa mitescet, ut nostram sive invidiam, si,
ve imprudentiam qui latinæ linguæ præ reliquis abiectè
et sumptuosè tot annorum iactura et crebri fatigatione ser,
viverimus, facile simus dedignaturi. Non quod Hæbraicâ,
Græca, et Latina, carere unquam vel aliarum etiam eleganti,
am spernere libeat, quæ Societati sunt quam commendatissi,
mæ, sed ut iis quibus ad varias linguas non satis est
otii, nec tamen dexteritas ingenii deest, ac sagacitas consula,
tur, atq ad perscrutanda Dei opera ianua a Grammaticis
hactenus clausa aperiatur

4 Igitur Theologus Biblia habet, quæ non tantum Religionis
fundamentum sed omnis simul sapientiæ, prudentiæ et
potentiæ abyssum, et Universitatis huius complexum cre,
dit. In iis Christum reperit centrum nostrum, et
veritatis bonitatisq Principem, ad quem nisi formemur.

omnia.

omnia nostra claudicant. Adversarium habet Atheismum, omnemq impietatem, maxime vero Hypocrisyn quam novit semper Christo obstitisse, et res optimè institutas corrupisse. Itaq toto corde iubet servire Deo, audire Deum, sequi Deum, amare Deum, imò et possidere Deum, ab huius nomine, ab his quæ mundus exigit abstinere. Quæ si impetrat, Deus bone, quæ alia vitæ facies, hominis consiliorum, appetituum, laborumq infertur, quam multa facile negligimus, dimittimus, spernimus, quam multa toleramus et obaudimus, secus quam hactenus assuevimus. Ita nobis biblia ex contentionum subiecto, et disputationum armamentario, fiunt arx fidei, fanum precum, septum charitatis, promptuarium mysteriorum, Schola omnium virtutum.

5 Politicus societatis humanæ vincula sub æquo et iusto comprehensa tractat, atq ita conversationem nostram instituit, ut creationis nostræ fini, quam proxime accedamus, et futuræ in cælis Vitæ præludia hic tentemus. Unde mundi Politias et Rerumpub: formas, Christiana luce et paritate examinat, earundemq intemperiem castigat. Hic plurimum ab omni confusione, et dissolutione maxime vero Tyrrannide, quocunq ea se nomine palliet, abhorret et Regnum Dei, quod ipse tot documentis, evidenter expressit, opponit, maxime vero, ad Christum caput nostrum provocat, qui ut omnes singulosq suo sanguine pretiosissimo, pariter

redemit

redemit, ita hunc nobis æquabilitatis leges dare et officio-
rum gradus Hierarchiamque Christianam præscribere par
est. Quem si audiremus, nemo sub mitissimo hoc Evangelij
iugo gemeret, nemo quam proximi servus esset liberior.

6 Physicus. huius terræ inquilinus est, et naturæ velut hic
Taurarius, unde creaturarum omnium motus, differentias usus,
et elegantias, conquirit et humano generi velut tributa-
ria sistit. Hic utrumque mundum studiose perquirit, scru-
tatur, concordat, atque Dei ubique præsentiam admiratur. Maxi-
me vero terreni Dei, sive Hominis æmulatione exponit et
quod tot sæculis congestum, in classes disponit, atque Huma-
ni ingenij Amphitheatrum extruit. Hic cum fabulis et
opinionibus maxime vero sophisticis strenue dimicat; nam
dum hæc miris verborum et ratiocinationum involucris, ani-
mos hominum occupat, et distrahit, nihil aliud agit quam
ut ab opere ad verba; ab experimentis, ad conjecturas;
ab eventu ad divinationes; a serijs ad ludibria; atque uno ver-
bo a cæli luce; ad terræ tenebras nos adducat et specio-
sissimis imposturis, fascinationibusque, id quod Deus liberaliter
offert eripiat. A qua si moniti caveamus, dici non potest, quæ
rerum amplitudo, quæ varietas sese nobis sit in manus tra-
ditura.

7 Succedit alia triga cuius primus Censor dictus, qui ordi-
nis in Societate custos, et cæremoniarum Sacrarum Ma-
gister est. Hunc morum harmonia maxime commendat, et di-

lectionis

lectionis Christianæ studium, ideoq omnium Collegarum dissonantiam temperat, et subinde inter se conciliciat. Hic graduum et prærogativarum sanguinis, qualitatum, ardorisq differentias ingeniosa proportione ita disponit, ut Christianæ charitati nihil obsint, nihil tamen etiam confusionum, aut incivilitatis adferunt. Hic honorem suum singulis assignat, quo minime glorietur sed huius Scenæ munus aliquod obire meminerit, gloriam vero ad Deum omnem referat. Hic humani pectoris tumorem complanat, et paupertatis abiectioni humanitatem et liberalitem substernit, atq omnino fortunæ iniquitati quæ nobilissima quæquæ ingenia conculcat, occurrit, deniq omnes eos ritus, quos Collegium Christianum maximè convenientes elegit, sua sollicitudine custodit, insinuat et propagat, atq dilectionem mutuam identidem inclamat.

8 Secundus est Historicus, plurimæ non tamen antiquitatis, sed hodierni etiam mundi experientiæ, qui tamen terram explorando cælum appetere didicit, Hic facta, instituta, inventa, dictaq hominum, atq omnino tot sæculorum repræsentationem exhibet, tam Regni Christiani, quam Tyrannidis Sathanæ imagines proponit, boni luctam, mali monstra, veri vincula, falsi trophæa, rationis tenebras, absurdorum famam exponit, simulq recti pulchritudine curvive fœditate illinc alicit hinc arcet. Magnum equidem

beneficium.

beneficium est posse Dei admiranda quæ omnibus ætati-
bus prostare voluit, et humanam sive accomodationem sive
repugnantiam, velut in tabella vel speculo intueri. Unde
hic, supinam Barbarei incuriam impugnat, quæ in hoc
elegantissimo Dei atrio, compressis oculis et obtura-
tis auribus obambulat, nec ultra bellusinum sapit. Nam
qui Dei ignari et terræ negligentes, tum sui nescij hic
saginantur, nihil omnino Divinitatis resipiunt, nihil cum
æternitate participant.

¶ Tertius est Mathematicij celeberrimæ sagacitatis ho-
mo et qui omnium artium instrumenta, cerebriq humani
machinas fœlicissimè adhibet. Huic numeri, mensuræ,
et ponderis arcana serviunt, et cœli cum terra patet com-
mercium. Hic non minus quam in Phisicis amplissi-
mus patet campus, humanam industriam exercendi. Nam
quot sunt Matheseos membra, tot operarios atq laboriosissi-
mos ea exigant, qui tamen ad eum scopum sunt diri-
gendi, ut Christi concordantiam inter tot numerandi, me-
tiendi, et librandi admirabiles inventiones annotent,
et architecturam Dei in huius universi fabrica, sapores
tissimam observent. Hic etiam Mechanica suas subtili-
tates et compendia confert, quæ nequaquam adeò sordida
vel minus ingeniosa est, quam a Sophistis accusatur, sed po-
tius

eius artium praxin et usum exhibet, indeq iniquissimo judicio loquacitati postponitur. Hanc expolire et artium præceptis ditare, veri Mathematici est, quo labores humani minuantur et industriæ præ viribus prærogativa, rationisq humanæ dominium, et robur appareat.

10 Superest alia Triga, cuius in hac literaria, non minimum momentum. Primus Philosophus dicitur, ad veterum illorum Sophorum exemplar, qui naturæ lumine ad cœleste iubar ascenderunt. Is ut Theologus verbum scriptum, ita hic pictum habet, et mundi huius aspectabilis intuitu Creatorem reperit ac veneratur. Huic liber naturæ vel creaturarum est, ubi vitæ mortisq lucis et tenebrarum, veri fictiq, varias vices et conflictus observat, et divinis Christianæ Religionis radijs discriminat. Inde admirandorum illorum ingeniorum, quibus in media caligine aliquid videre licuit, conatus, motus, æstus, inprimis vero affectatam illam animi tranquillitatem examinat, et ad Christum affricat. cuius in omni perfectione supremum fastigium, obstupescit, atq exinde Christianis indocilitatem exprobrat.

11 Alter Æconomus est non tam Agriculturæ et Æconomiæ professione quam felicissimo indagavit studio, quam summa fide et solertia conspicuus. Huic enim Societatis Fiscus, ex Collegarum libera et liberali contributione collectus, concreditus est. Huius est omnia Collegij deposita, sarta, tectaq asservare, literas accipere et emittere, ido

neos

neos ad res varias Homines alere, Eleemosynas paupertati suppeditare, sed etiam tenuioris sortis collegis esse subsidio. scilicet omnia quæ ordinis communitas possidet, huic ita concredita sunt, ut quod visum fuerit collegio, id optima fide, is expediat, emat, vendat, conducat, commodet. Ecquis vero dubitet, quam feliciter in hanc rem sumptus fiant. Nam qui potentes sunt, variarum terrarum actiones et mundi quo vivunt cursum non fictum sed verissimum in conspectu semper habere, qui nobiles, suarum virtutum socios, testes et præcones hinc inde coniunctissimos videre et audire. Qui divites, suarum opum amplissimum usum, et veriorem voluptatem impetrare, qui eruditi omnium ingeniorum flore et acumine uti, qui rei tenuioris; suæ indigentiæ certissimos patronos acquirere: qui liberis donati eorum institutioni et tutelæ prospicere. Qui corpore afflicti lenimenta obtinere, atq ita singulis societatis commoditatibus optimis nummorum impensis perfrui possent. Hos nempe hæredes habere iuvet, qui Deum unice quærant, Christi regnum propagent, optimocuiq serviant et succurrant. sive uno complexu Pietatem Probitatem et eruditionem unice promoveant. O infælices thesauros qui invito Deo collecti, impietati serviunt, et inter Barbaros iterum disperguntur. O fœlicem pecuniam quæ Dei benedictione concessa in Christum insumitur, et optimum quemq fovet.

Tertius

12 Tertius est Philologus qui linguarum et studijs et ele-
gantiæ literariæ operam suam addixit. Is haud cum Gram-
maticorum plebe Phrases supra omnem eruditionem æsti-
mat, sed per linguarum ostia, ad sapientiæ, prudentiæ bo-
nitatis latissimos campos imittit, atq in ijs Deum inda-
gare, vitam excolere et ingenium acuere iubet. Hic cum
Scholarum pravis consvetudinibus habet quod litiget.
Nam cum pueritiam Christianam, vix satis Christia-
næ instituant, et ad Christum adducant, sed potius
per lutosas mundi vias trahant, non potest hic modus
homini ad cælum contendenti probari. Itaq de verè
Christiano Gymnasio Collegium cogitat, quod liberis su-
is id est Christianis minutis et Regni cælorum candi-
datis, non terrenæ impietatis Tyronibus aperiat. Huic
Philologus destinatus, devotionis, laudatissimæ Vi-
tæ et exactæ disciplinæ, homo, quem liberalibus ingenijs
præesse Christianæ libertatis interest.
Hi ergo duodecim primum circulum claudunt, haud qui-
dem cum reliquorum Collegarum iniuria, vel præiudicio, sed
quod illis operarum inspectio et distributio ob virtutum
evidentiam concredita est: neq tamen sub singulis perso-
nis singulæ facultates conclusæ sunt, sed multorum Erudi
torum coniunctione constant: Ita Theologus socios habet
Concionatores, Disputatores, Meditatores: Politicus
Iureconsultos Consiliarios: Physicus, Medicos, Anato-
micos.

micos, Chirurgos: Historicus Chronologos, Geographos, Pe=
regrinatores: Mathematicus, Musicos Mechanicos: Phi=
losophus, Chimicos, Metallicos: Œconomus Typographos,
Mercuriales Internuntios: Philologus, Logicos, Rhetores,
Poetas, singuli tales adiunctos, qui professionem suam adau=
gere, et rei communi ideò consulere, certius et fidelius
possint, quia in Christo conspirarunt, integro corde semu=
tuo amplecti, rem Christianam juvare, mundo contra
ire, atq Satanæ imperium sub Dei conductu excutere.

Itaq in hoc Collegium quæritur vir bonus, cujuscunq gene=
ris sit, aut conditionis literatus vel illiteratus, Dives
vel Pauper, Senex vel Juvenis. Cujus bonitas Christi amo=
re et mundi odio, tum proximi dilectione constiterit: qui
hanc vanitatem pertæsus et suorum errorum conscius, Chri=
stianam libertatem affectat, ac eidem semet toto impe=
tu tradit. Haec prima et summa nota est, quam si quis
sanguine Nobilis, vel opibus affluens, vel eruditione cele=
bris, vel ingenio fœlix, vel dexteritate conspicuus habe=
at longe id erit gratissimum.

Nam quo evidentiora sunt Dei donaria eo magis no=
bismet consulere et thesauros nostros in sanctuarium Chri=
sti conferre decet, cujus hæc ratio expeditissima est, ut iun=
ctis viribus, opibus, operibusq, velut unum Christianum cor=
pus præstemus, quod singulis membris foret inaccessum,
et impossibile, simulq non tam alys nostræ societatis quam no=
bis

bis, hanc terram omnem perviam, cognitam, et beneficam, aperiamus, quæ alioquin nos separatos durissime habet.
Neq est quod ob societatis communionem, putemus lares, familiam, conditionem, aut quodvis vitæ genus relinquenda esse. Nam literis sub fidei et silentij sigillo pleraq constabunt, nisi res ipsa aliquorum conventum exigat. Ita nec cuiquam supra vires, aut opes imponetur, sed liberrima voluntate, atq omnino minimo tanti momenti negotium tractabitur et expedietur. Cuius certè si amor Christianus regula et mensura sit, tot virorum Amplissimorum Prudentia et Æquanimitas accedat, nemo opinor, hic hæsitabit, sed suum in Christianum commodum affectum cum reliquorum conjunget, et de bonorum societate optima quæque sperabit. Unde etiàm nihil opus est multis legibus et requisitis candidatos terrere. Nam si quem Deus egregijs donis nobilitavit, et alicui ordinis socio explorandum dedit, is nullo dubio, naturæ suæ bonitate, id ipsum libens adimplebit ac supra spem, laudabiliter exhibebit, quod Collegij decus, emolumentum, et augmentum exiget; cuius præclara et conspicua, signa sive præcognita nobis erunt; Si veram Evangelicam Religionem profiteatur, Collegij amorem et iunctum auxilium fervidè induat, a mundi contubernio et vanitate se dissociet; silentij fidem integrè servet, Proximi necessitatibus libenter adsit, rem communem sedulo curet, et augeat atq ita omnino fidem suam Deo

Charita-

Charitatem proximo ingenium posterita probet.

Faxit autem SacraSancta Trinitas, ut cuius nomine hoc cæptum, eidem sinceriè inserviat, Christi gloriæ in hac desperata mundi senecta cedat, hominum commodis sub tot terræ oneribus conducat, Sathanæ insidijs interta„ria orbis inquinamenta officiat; Virtutibus iam propemo„dum exulantibus conferat, consvetudinibus pravis obsit, Rem literariam adaugeat, Barbariem omnem fu„get nosq omnes quotquot dedignamur huius or„bis servitium, æstimamus et ambimus Christi„anam libertatem, solutos et expeditos fa„ciles et liberos faciat atq per angu„stum iter, ad augustum JESV CHRISTI Collegium et Bea„torum omnium socie„tatem perpetuam intromittat

AMEN.

Ex Veteri Manuscri=pto exscriptum.

Responsio Dni Johannis a Lasco et comitum eius ad responsionem Ministrorum in Ecclesys Prutenicis in=stitutam ad scriptum quod=dam de Cœna Domini ex=hibitum Ministris il=lis a Domino a Lasco.

Valde gaudemus, Fratres, quod videmus vos non esse temerarios tumultuatores, quales sunt Flaciani: sed in Spiritu mansvetudinis nos velle in viam reducere ab erroribus illis in=

quibus vos putatis nos versari. Quamobrem etiam speramus, quod tandem re ita agitata, ut tandem elucescat omnibus involucris nudata veritas etiam vestros errores agnituri sitis, et in viam veritatis redituri. Omnino enim dispu-tare videmini localem præsentiam corporis et sanguinis Dni nostri Iesu Chri in pane et vino, cum pane et vino, sub pane et vino: quam in re-sponsione ad primum argumentum præsentiam re-alem corporis Christi in pane Cœnæ Domini affirmatis: item quum apud omnipotentiam et autoritatem illam Dnī nostri Iesu Chri, quæ meritò apud omnes homines valere debet, ut cre-datur nos docuisse veritatem, refugium quæri-tis, dum disputatur contra localis præsentiæ assertionem: item dum corporalem mandu-cationem Cœnæ quiddam amplius esse dicitis, quam manducationem symbolorum et in ea etiàm ipsum corpus et sanguinem Domini, ade-oque etiam ab ipsis indignis manducari: item dum confunditis duos Articulos de ascensione

Dn̄i nostri Jesu Christi in cælum, et de sessione eius ad dexteram Patris; item dum absentiam Dn̄i nostri Jesu Christi eandem esse affirmatis quæ fuerit, dum dixit discipulis suis Luc: 24: hæc sunt verba quæ locutus sum vobis, quum adhuc vobiscum essem: item in responsione ad secundum argumentum Christum non tan-tum in cælo, sed etiam in terra esse profertis hoc videmini de humana Dn̄i nostri Jesu Christi natura dicere: item ibidem affirmatis nos in Sa-cra Cæna, sicut in lege consvetum erat, vesci de ho-stia oblata: item quum ibidem Dn̄i nostri Jesu Christi absentiam tantum disparitionem esse in-terpretamini: item quod ore carnali et corporali-ter corpus et Sangvinem Domini capi asseritis. Nescimus autem quod Verbum Dej vel quis il-le consensus bonorum vestram hanc sententiam con-firmet. Verba enim institutionis Cænæ Sacræ profecto nullam mentionem loci faciunt. Ne ve-ro verba institutionis Cænæ Sacræ exponantur de locali præsentia obstat veritas naturæ hu-manæ in Dn̄o nostro Jesu Christo, et ascensio.

eius in cælum et decretum quod inde venturus sit ad iudicandum vivos et mortuos, et ipsa natura Sacramentorum, quæ est quod Sacramenta sunt ritus externi testificantes de promissione Evangelij vel ut definit Augustinus sunt signa visibilia, in, visibilis gratiæ: quæ sane natura nihil locale vel corporale vel carnale minuit, præter signa visibilia. Huc accedit quod Salvator noster adorationem et invocationem nostram, non vult astricta esse ad aliquem locum, sed in spiritu, et veritate faciendam esse præcipit Quum etiam docet nos quomodo Patrem suum invocare debeamus qui tamen hic et ubiq præsens est, non ut præsentem vobis sed ut exi, stentem in cælis invocare docet. Quid igitur mire, tur quis verba institutionis mysterij non esse expo, nenda de locali præsentia? Valde verò etiam incau, tè negatis tropum inesse verbis institutionis sacræ Cænæ. Quid enim quæso aliud sibi vult, vestra illa cum pane, in pane, sub pane præsentia? An vobis idem est dicere Joannes est in templo et Joan, nes est templum? Quid verò etiam aliud est, quod

Lutherus dixit verbis Institutionis Sacræ inesse
Synecdochen? An Synecdoche non sit tropus?
Quid porro etiam est, quod vos in altera saltem par-
te verborum institutionis sacræ Cænæ sensum po-
tius quam verba spectatis? An non hoc ipsum est
agnoscere figuram in verbis institutionis Cænæ
Sacræ? Turpe equidem est doctori cum culpa re-
darguit ipsum. An vero propterea, quod dicitur Do-
mini nostri Jesu Christi in institutione Sacræ Cæ-
næ figuratis usus esse locutionibus, arguatur men-
dacii, vel negetur esse omnipotens? An etiam vide-
tis vos eodem crimine condemnare Evangelistas,
de Salvatore nostro scribentes, quod in parabolis lo-
cutus sit, ne intelligeretur a profanis? An eti-
am æquum sit, ut Salvator noster aliter loquatur,
quam locutus est, propterea quod multi sinistrè in-
terpretaturi erant verba eius? Videte sanè quid
reprehendatis in Salvatore nostro. Satis benè locutus
est Salvator noster modo cum vos benè intelligatis.
Quod vero scribitis: fidem quæ habetur expresso Dei
verbo, nec impietatis aliquid habere, nec Deum offen-

dere: valde obscurum est et valde indistinctum. Si vultis ut nulla scriptura figurata esse dicat: estis anthropomorphitæ, habetisq Sacræ Scripturæ, literam tantum in multis doctrinis et non Spiritum atq excusatis etiam Anabaptistas iurare omnino nolentes, neq magistratuum iuramentum, quod sane unum ex præcipuis nervis gubernationum est, requirente. Quod vero nos accusatis, quod quæramus et excogitemus pro nostro captu interpretationes: in eo certe nobis facitis quidem iniuriam quam tamen ulcisci non est animus nobis. Videmini enim esse non Flaciani, sed boni Viri, nec adhuc satis percepisse nostram sententiam: ac persuasi nobis postquam nostram sententiam satis perceperitis. Nonne vero ille potius ad captum rationis ineptæ et sensuum loquitur qui audito quod Panis sit corpus Dni nri Jesu Christi statim infert ergo corpus Christi adest in pane locali præsentia: quam ille qui audito hoc tanto mysterio disquirit omnes partes Doctrinæ Christianæ, nec vult alicuj parti contradictorium quicquam sibi

imaginari, neq vult stolidum Capernaitam agere: sed credit quod illa Salvatoris nostri verba Spiritus et vita sint? Diligentius quaeso etiam expendite illud vestrum argumentum quod desumitis a consvetudine condentium testamenta, quasi nullis utantur figuratis locutionibus conditores testamentorum. In alys testamentis sermo est de rebus humanis: Salvatoris autem nostri Benignissimi testamentum non tantum est testamentum sed etiam, etiam in eo nobis legantur opes divinae alienissimae ab usibus communis vitae. Neq igitur mirum est, quod non satis id considerantes Capernaitarum speculationes animo concipiant. Verum testamentorum conditores plurimi furrunt. At omnino rara faelicitas est animi sensa perspicua oratione explicare posse. Saepe vero figuratae locutiones illustriores sunt quam simpliciter prolatae. Cum enim dicimus de homine aliquo, quod sit furia: maius quiddam videmur dixisse quam si dicamus quod furiat. Saepe etiam figuratae locutiones paucioribus verbis ex,

-plicant rem aliquam quam simplex Oratio:
ut quum dicimus Tyrannum esse lupum: innu-
imus eum non paterna clementia uti et frui su-
is subditis sed totos eos devorare.
Evangelistarum et Pauli consensum esse de Sacra
cœna nemo verè Christianus unquam negavit
vel negabit. In verbis autem eorum esse diversita-
tem aliquam, non nisi vel temerarius vel stupidus
negat. Verum de multis parabolis similiter quis
argumentari possit: quod ysdem verbis ab Evange-
listis scriptæ sint: ergo non sunt Parabolæ sed
simplices locutiones. Quod verò nos accusatis
de distractionibus et scandalis: nimis etiam non
quidem temere. (videmini enim esse boni viri et
non Flaciani) sed imprudenter facitis. Quis enim
Pontificiorum vos non similiter accuset? Et
quomodo vestra defensio non sit etiam nostra?
Imo in hac nostra calumnia rectius nos uti possu-
mus his accusationibus contra vos: Siquidem
ut tandem confitebimini (Speramus enim vos de

dociles, ubi propius et involucris nudatam per has,,
ce nostras disputationes veritatem conspexeritis)
nos rectius sentimus quam vos. Valde verò in,,
sufficienter argumentamini, dum eo nomine vos
abhorrere a nostro dogmate scribitis, quod Ca,,
rolstadius et Zuinglius (qui ut affirmatis
dogma nostrum nostro tempore potissimum in Ec,,
clesiam invexerunt et latè sparserunt) multis
tetris erroribus et lapsibus contaminati fue,,
runt. Videte quæso an vestra ista argumentatio
non procedat per puras particulares. Quæ
porro de nostro primo argumento scripsistis, si suo lo,,
co dicerentur essent gravissima. Ad refutationem
autem argumenti nostri nihil faciunt, nec pu,,
gnant ~~alia~~ ulla alia ratione nobiscum. Nam etiam
nos dicimus verissima esse quæ dixit Salvator no,,
ster in institutione Sacræ Cœnæ, ac posse eum eti,,
am præstare, quod promittit. Negamus vero Sal
vatorem nostrum alligatas esse ad ineptias cu,,
iusvis Capernaitici imaginationes vel interpretatio

Text[...]
lit m[...]
cias[...]
"Glos[...]
bo [...]
tu[...]

nes ex quo genere etiam est imaginatio et inter,
pretatio de locali præsentia, quam manifestissimè
asseritis, dum consequentiam Enthymematis, quod
Domino à Lasco ascribitis negatis. An negatis
Salvatorem nostrum esse verum hominem? An
non veri hominis est uno et eodem tempore
corpore suo unum et eundem locum occupare?
An negatis Salvatorem nostrum corpore ascen,
se in cælum, ibiq esse usq ad consummationem sæ,
culi, ac tum demum rediturum eodem modo ut
ascendit in cælum ad iudicandum vivos et mortu,
os? Sed forte instabitis quærentes, an Salvator
noster non possit facere ut corpus suum simul et
semel sit in pluribus locis? Ad hoc respondemus
A possibili ad inesse non valet consequentia. De,
inde non est necesse ut Salvator noster ad faci,
endum quod dixit in institutione Sacræ Cœnæ,
mutet naturam corporis sui: habet enim ille vel
mille modos alios quibus præstet quod promisit.
Nec quicquam aliud impugnat nostrum argumen,

-tum quam localis præsentiæ assertionem. Ve-
rum roget quis an etiam omnino aliquam præsen-
tiam corporis et Sanguinis Domini in Sacra Cæ-
na credamus. Huic respondemus omnino eam -
quam Abraham vidit diem Salvatoris nostri,
et gavisus est: qua etiam Sancti Dei homines
ante natum Salvatorem nostrum usi sunt, dum
etiam illi comederunt corpus et biberunt Sangui-
nem Domini: quâ etiam, ut in apocalypsi affirmat,
agnus ab initio mundi mactatus fuit: sufficereq
nobis illam præsentiam ut unum corpus fiamus
cum Salvatore nostro, ossa de ossibus eius caro de
carne eius, et ut alamur ad vitam æternam. Ve-
rum instet quis: ea ratione saltem creditis Spi-
ritualem comestionem corporis Domini, et Spiri-
tualem potionem Sanguinis Domini. Huic re-
spondemus: Si intueamur diligentius mentem
Salvatoris nostri in institutione Sacræ Cænæ: omni-
no nos affirmare necesse est basin et fundamentum
Sacræ Cænæ esse Spiritualem comestionem Corpo-

ris Domini, et Spiritualem potionem Sangui-
nis Domini. Suis enim fidelibus Salvator noster
Cœna illa inculcare vult, et augere et confir-
mare unionem sui et suorum. Atq inde etiam
est quod ab hac Cœna arcentur illi, qui ea indi-
gni esse videntur.

Quoniam autem constat non posse arceri omnes
indignos, corpus autem et sanguis Domini vivi-
fica sint comedenti et bibenti ea: indigni tan-
tum corporaliter dicuntur capere cœnam,
seu, ut aliquando loquitur Augustinus, tantum
Sacramento tenus, seu ut ille idem etiam alibi lo-
quitur. tantum panem Domini, non autem panem
Dominum: quæ sunt explicationes Augustini.
Sunt Explicationes aliorum etiam locorum, in qui-
bus agit de manducatione Cœnæ Sacræ corporali,
sinistre a nobis intellectorum. Quamobrem etiam
non habetis iustam admirandi causam, quod vo-
bis opponitur autoritas Augustini. Nec quicquam
obstant huic nræ et veritatis sententiæ, metonimi-
cæ locutiones Augustini, in quibus præ se fert, quod

commemoret dictum Apostoli. Certum enim est quod Apostolus ille verbis non est usus. Sed inquit indignos comedere panem et bibere poculum. Optime autem nobiscum consentit illud Pauli quod dicit indignos sibi comedere et bibere iudicium. Corpus enim et Sanguis Domini vita sunt et non iuditium ut constat ex 6 cap. Euangelistæ Joannis. Nec obstat quod Salvator noster in proximè præcedente capite dicit: Patrem dedisse filio omnē potestatem exercendi iudicium. Nihil enim ibi agitur neq de manducatione Corporis Christi, neq de potione sanguinis eius. Certum autem est Filium Dej condemnare et punire tam eos qui nō capiunt Sacramenta sui corporis et Sanguinis quam eos, qui ea capiunt, propterea quod non volunt esse eius convivæ, id est, non volunt manducare corpus eius, nec bibere sanguinem eius. Hoc autem facit tanquam Dei Filius: non autem ut cibus vel potus. Cibus enim et potus est solis suis fidelibus in quibus manet ipse, quiq etiam manent in eo, qui unum sunt cum eo, sicut ille unū est cum Patre. Quod sane etiam vestra cantio vos

vos docet in qua canitis. Wir essen vnd
leben wol, in rechten osterfladen, Der alt
sawrteig nicht sein sol, bei dem worte der
gnaden Christus wil die köst sein speisen
die seele allein, der glaub wil keins an-
dern leben Halleluia.

Neq est quod respondeatis in hac cantione excludi sal-
tem ea, quibus fides alicuius citatur tanquam ipso
Salvatore: non autem corporalem participationē
ipsius ~~corpo~~ etiam corporis et ipsius etiam Sangui-
nis Domini. Sic enim accusatis Lutherum defe-
ctus in sua doctrinae. Neq satis eum excusa-
tis, dum respondetis, quod alibi satis prolixè
docuerit istam vestram corporalem participa-
tionem. Non enim debebat hoc loco tam magni
momenti doctrinam, quam vos, eam iactatis, omit-
tere: siquidem in hac cantione Salvatoris nostri
mentionem facit tanquam cibi et potus. Eandem
hanc nostram sententiam, (quod nempe indigni tan-
tum Sacramenta corporis et Sanguinis Domini capi-
ant, non autem ipsum corpus nec ipsum sanguinem)
confirmat etiam Paulus in 1 Corin: 10 ubi dicit

non esse possibile, ut simul mensæ Domini et mensæ
Dæmoniorum participes esse possimus. His enim ver-
bis negat indignos capere rem Sacramenti, ut lo-
quitur Augustinus, id est corpus et sanguinem Dni.
Nam negare non potest eos Sacramenta corporis
et Sanguinis Domini capere. Nihil verò etiam ob-
stat, quod obycitis novum et periculiare quiddam insti-
tuisse salvatorem nostrum, dum instituit Sacram Cœ-
nam: ideoq non tam spiritualem ut pote quæ dudum
ante instituta et usurpata fuerit in Ecclesiâ Dei,
quam corporalem in qua corporali modo etiam ipsum
corpus et ipse sanguinis præter sua Sacramenta capi-
antur, instituisse. Vestrum enim commentum est cor-
poralis ista participatio: quasi Salvator noster non
satisfecerit suo instituto, dum signorum visibili-
um instituit participationem novam, quæ testifi-
cetur de invisibilis gratiæ participatione commu-
ni etiam illis Christi fidelibus, qui vixerunt ante
natum Salvatorem nostrum ex Maria virgine. An
non satis novitatis vel peculii insit novitati Si-
gnorum ut necesse sit, dissonam istam ab analogia
fidei, nec ullius usus participationem comminisci? In-
esse certe novitatem illam et peculium, quæ requiritis.

novitati signorum confirmat etiam dictum Augustini, quod paulo post adduxistis in eadem illa responsione vestra ad ultimum nostrum argumentum: cuius verba hic repetere libet, ut collatio sit expeditior. Hic est panis qui de cælo descendit, scribit Augustinus, Hunc panem significavit manna. Hunc panem significavit altare Dei. Sacramenta illa fuerunt in signis diversa sed in re, quæ significatur, paria sunt. Patres eandem escam manducaverunt. Spiritualem utique eandem, nam corporalem alteram, nam illi manna nos aliud.

Eodem modo nihil obstat, quod propterea etiam subycitis et obycitis etiam corporalis Cœnæ usum esse tam necessarium quam corporalis circumcisio ante natum Salvatorem nostrum. Nos enim prorsus idem docemus, nec quicquam in institutione Cœnæ mutamus, nec quicquam alieni a mente Salvatoris nostri propter aliquas incertissimas, nostræ rationis imaginationes de eius cœna pronunciamus, vel alys instillare aut persvadere conamur. In hoc autem differimus a vobis, a vobis, inquam et non a Salvatore nostro, quod corporalem manducationem non

eodem modo, ut vos, definimus, sed quod corporalem par,,
ticipationem symbolorum corporis et sanguinis. Nec est
alicuius momenti, quod aliquis obyciat: Salvatorem
nostrum non tantum alys discipulis, sed etiam Iudæ
traditori suo dixisse panem esse suum corpus, et pocu,,
lum esse suum sanguinem. Deus enim vult omnes
homines salvos fieri: ideoq omnibus hominibus of,,
fert bona sua. Quod autem non omnes accipiunt
ea, in causa est, quod carent manu illa, qua ea acci,,
pere debebant, fide nempe. Nec valent Sacramenta
quod quidem Pontificy docent, ex opere operato
sine bono motu utentis. Sicut enim vitam æter,,
nam nemo habebit, nisi qui fuerit vera fide prædi,,
tus. Neq est revera manducatio corporis Domini
corporalis manducatio sola per se, si non simul eti,,
am fiat manducatio spiritualis, nisi per κατάχρη,,
σιν μετονυμικῶς. Propriè enim loquendo mandu,,
catio corporalis est manducatio Symboli, et non
rei significatæ, si per se sola consideretur. Verum
neq eo fine instituta est corporalis hæc manduca,,
tio, ut per se sola fiat, sed ut nos admoneat [illegible],,

-terim Spiritualiter manducemus res significatas ut Salvator noster in nobis magis ac magis adole-scat. Quamobrem in vero hoc usu Cœnæ, panis est corpus Domini, id est non vacuum signum corporis sed cum manducatione symboli simul etiam fit manducatio rei significatæ.

Valde vero etiam proditis vos, quod non sitis ali-eni a Capernaismo quod extenuatis Interpre-tationem Augustini affirmantis, Salvatorem no-strum Capernaitarum imaginationi opponere, as-censionem suam in cælum, quasi Augustinus eti-am non dixerit. divinam essentiam et potentiam Christi, et Spirituale et æternum eius regnum, quum dixit ascensionem eius in cælum. Quum au-tem vestra illa de corporali carnis Christi man-ducatione. imaginatio nihilo differat, ab imagi-natione Capernaitarum: omnino ut huic ita etiam Vræ. imaginationi opponit Salvator noster ascen-sionem suam in cælum: Nec quicquam prodest no-bis quod verbis saltem profitemini, quod imagina-tiones Capernaiticas non minus quam quisq ali-us improbetis et rejciatis. Idem enim hic agitis

quod illi qui solent multas fabulas agere, et inte,,
rim alter alterum percutere, et subitò præ se ferre,
quasi non percusserit.
Neq satis considerate facitis, quod articulum de
ascensione cum articulo de sessione ad dexteram
Patris confunditis inter se. Etiamsi enim sessio ad dex,,
teram Dei non significat certi loci occupationem;
ascensione tamen et quia corpus Salvatoris nostri
verè adhuc corpus est, certò innuitur, id certum ali,,
quem uno et eodem tempore locum occupare: neq
ulla urgetur necessitate, ut id ante novissimum di,,
em locet, in terris. Potest enim etiam in cœlo munus
usq ad consummationem sæculi suo satisfacere of,,
ficio. Neq propterea dicendus est affixus esse
alicui loco. Videte sane quem rideatis ista vestra
Urbanitate indigna Theologis. Non obscure sanè
eo ipso quod confunditis duos articulos de ascen,,
sione et sessione Christi ad dexteram, et quod ascen,
scionem interpretari videmini disparitionem, innu,
itis vos corpori Salvatoris nostri ascribere divinam
proprietatem ubiq præsentiam nempe. Videte sane

ne incidatis in errores Eutychetis, qui videri vo-
luit distinctas naturas in Salvatore nostro credere,
et tamen confundit proprietates earum. Neque verò
dictum illud Salvatoris quod ex 24 cap: Lucae
adduxistis vobis quoq in eo patrocinabitur. Illud
enim, quum adhuc vobiscum essem, idem est ac si di-
xisset, anteguam a vobis abreptus sum in cru-
cem et quum adhuc familiariter, ut fit inter do-
mesticos vobiscum conversarer.

Memorabile vero est, quod affirmatis Salvatorem
nostrum non esse amplius subiectum naturalibus
passionibus. Eo ipso enim refutatis corporalem
illam manducationem quam vos traditis. Corpo-
ralis enim manducatio corporis Domini est
actio naturalis. Corpus autem Domini est pa-
tiens, quod suscipit et profert illam actionem
naturalem.

In responsione vestra ad secundum argumentum val-
de inconstantes estis: modo enim negatis corpus
Christi in terris agere, modo id affirmatis. Aliquan-
do enim dicitis Christum si in terris ageret, non fo-
re sacerdotem ex illo genere Leviticorum Sacerdotum.

Aliquando verò affirmatis. Christum nequaquam tantum Sacerdotem aut Pontificem fore, quantus revera est, si tantum in terris et non simul in cælo esset. Vt merito quis dubitet, quid omninò sentiatis. Omnino enim contradictoria sunt: Christum non esse in terris: et Christum esse in terris. Neq videmus quomodo ex illa Epistola colligere potueritis alterum illud, quod scilicet non tantum in terris, sed etiam in cælo sit, nisi id velitis de distinctis temporibus vel de divina Salvatoris nostri natura intelligi. Alioqui certè etiam sic Eutychianismi rei agi potestis. Capernaismi certè omnino etiam rei agi potestis quum dicitis, in cœnâ nos quoq sicut in lege consuetum erat, vesci de hostia. Nam manducatio hostiarum Legis prorsus Capernaitica fuit.

In responsione ad tertium argumentum denuò repetitis multas graves querelas, de quibus modo etiam a nobis responsum est, ita ut credamus vos in posterum nobis eiusmodi parcius obiecturos. Quid quæso vos aliud docetis, quando docetis de

proprietatibus naturæ humanæ? Nec tamen dum nos tam graviter accusatis, quicquam eorum nega,
tis siquidem nullo iure potestis. An vero Articu,
lus de veritate naturæ humanæ in Christo et de
manentibus suis ejusq naturæ proprietatibus, cui,
qui momenti vobis est? Nescimus verò etiam, quomodo
testimonia scripturæ a nobis significata a vobis non
sint satis evidentia et quemadmodum ad propositum
non pertineant. De circumscriptione loci forte etiam
adduci vultis testimonia. Ea sane quæ omisimus
quod credidimus eam rem apud vos esse non con,
troversam. Si sanè animo diligenter revolvatis
Evangelicas historias facile deprehendatis Sal,
vatorem nostrum corpore suo uno et eodem tempo,
re non nisi unum et eundem locum occupasse.
Quando iacuit in præsæpi non fuit apud Pastores
apud excubias eorum: sed necesse fuit pastores il,
los adire præsepe, ut eum viderunt. Diversis etiam
temporibus cum tentaretur a Diabolo fuit super pin,
naculo templi, et super monte excelso. Quum etiam
Lazarus mortuus est, dixit discipulis gaudeo, quod

non fui ibi. Angeli post resurrectionem dixerunt
mulieribus quaerentibus corpus Salvatoris nostri
in Sepulchro: Surrexit non est hic, ite in Galilaeam,
ibi invenietis eum. Nunquam vero legitur fuisse
vel ante vel post resurrectionem corpore suo simul
et semel in diversis locis. Non parum autem pec-
catis contra ingenuitatem et candorem, quod no-
bis affingitis, quod, dum huiusmodi commemoramus,
innuamus verba Christi in institutione Sacrae Coe-
nae non esse vera. Videte sane ne Deus iustus iu-
dex calumniatorem puniat, poena calumniati.

Est autem nimis puerile, quod vultis proferre scri-
pturae testimonium, quod certo doceat verba insti-
tutionis Coenae Sacrae non simpliciter ut sonant
sed per tropum intelligenda esse. Neq vos simpliciter
accipitis ea, ut sonant, sed per tropum intelligenda esse.
Neq vos simpliciter accipitis ea, ut sonant, quando dici-
tis: corpus Domini esse in pane, esse cum pane, esse sub
pane. Quibus Scripturae testimonijs vos confirmatis has
vestras explicationes? Quodnam Scripturae testimonium
docet per calicem intelligendum esse vinum? Quod-

nam Scripturæ testimonium confirmat Lutheri Syneddochen? Quibus Scripturæ testimonijs confirmabitis tropum esse in illis verbis Salvatoris nostri: Si te offenderit oculus tuus, erue eum et abyce a te! Quibus etiam Scripturæ Testimonijs confirmabitis, quod sit tropus in illis etiam Salvatoris nostri verbis, quæ in eadem illa Cœna protulit, in qua etiam Cœnam Sacram instituit: Pater meus Agricola est, ego sum Vitis, vos palmites? Quomodo in his et multis similibus conscientia piæ mentis atquiescere potest! An non totius doctrinæ Christianæ, aut saltem præcipuorum Articulorum cognitionem requisiverunt primitivæ Ecclesiæ doctores, in ys, quos ad usum Sacræ Cœnæ admiserunt: dum Catechumenos ne quidem Spectatores esse permiserunt. Quid aliud innuerunt viri illi maximi, quam quod mysterium Cœnæ sit mysterium non nisi benè institutom in doctrina Religionis obvium? Quid credamus illos dicturos, si nunc audiant ineptos nugatores de tanto mysterio tam Capernaiticè garrientes? An nobis videtur esse res exigui momenti doctrinæ de veritate naturæ humanæ in Salvatore nostro? An exiguum quiddam sit de Sacra

Cæna contradictorias illi doctrinæ imaginationes animo concipere, et Salvatorem nostrum ad eas as-stringere, ut illi non liceat aliter agere nisi ut nos stulti ei modum determinamus? Et quid aliud est, nisi modum determinare, quum dicitis: Panis est corpus Domini: ergo corpus Domini adest corporali-ter, id est localiter: corporis enim proprium est, ut circumscriptum spatium occupet? Si vero libeat etiam hoc determinationem mundi vocare, quod nos dicimus Spiritualiter adesse: tamen hic modus non est ita determinatus, ut vester, sed hoc innuit sal-tem, quod non sit corporalis modus a vobis inculpatus, sed quiddam sit, quod a nostra mente satis perscruta-ri non possit in hac nostra imbecillitate. Deinde hæc nostra determinatio facta etiam est ab ipso Salvato-re nostro, ubi respondit Capernaitis tam ineptas imaginationes animo concipientibus, ut vos concipi-tis: caro non prodest quicquam. Verba quæ ego locu-tus sum, Spiritus et vita sunt. An vobis exigui mo-menti est Articulus de ascensione Domini in cæ-lum? An sit exiguum illi contradictoria statuere

Quomodo igitur nostræ rationis et sensuum iudi„cio monemur saltem, non autem evidentibus Scriptu„ræ Testimonijs! Quid quæso homo cordatus id est in Sacra doctrina institutus, possit requirere am„plius? An rationis ineptæ et sensuum humanorum commenta vocabit articulos illos? An tanto consen„sui doctrinæ conscientia piæ mentis non rectius acquiescat, quam vestris illis contradictorijs! Sed metuitis ne cælum ruat. Nisi enim Salvatori no„stro præscribitis modum pro vestræ rationis captu determinatum: videmini eum arguere mendacij et impotentiæ. O religionem ridiculam hominis he„ne instituto in doctrina veritatis Quasi Salva„tor noster omnipotentiam suam et veritatem suam tueri non possit, nisi vestras Capernaiticas imagina„tiones expleat. Quasi non habeat mille modos alios, quibus et veritatem et omnipotentiam suam tueri pos„sit. Inde sane est, quod nos accusatis quasi negemus eum esse Omnipotentem: quasi doceamus eum impediri proprietatibus corporis sui, quominus explere possit quod promisit: quum tamen nos interim saltem contra vestras Capernaiticas imaginationes pugnemus et multo illustrius quam vos Salvatoris nostri

et veritatem et omnipotentiam amplificemus:
quum negamus eum ad talem modum astringen-
dum esse, at docemus potius acquiescendum esse
in eius immensa sapientia, qua novit quomodo præ-
stet quod promisit
Non videtis quantopere nugemini dum commemora-
tis multa miracula in corpore Salvatoris nostri ex-
hibita, ut refutetis doctrinam de proprietatibus
naturæ humanæ, et confirmetis Capernaiticas ve-
stras imaginationes de corporali participatione cor-
poris et sanguinis Domini. An non videtis vestram
illam argumentationem procedere per puras particu-
lares. Verum speramus quod non calumniabimini,
quod scripsimus vos in eo nugari, quasi nugas voca-
verimus commemorationem miraculorum in corpore
Salvatoris nostri exhibitorum. Si vero præter nostram
id tamen facturi estis: apud cordatos etiam vos sal-
tem ad deridendum propinabitis. Vident enim illi,
quod nos non commemorationem miraculorum illorum,
sed vestram argumentationem nugas vocaverimus.
et sciunt differentiam esse inter materiam et formam
argumentationis: aliudq esse reprehendere formam, et
aliud reprehendere materiam. Sed videmus nobis non

esse negocium cum famosis, maledictis, et ineptiis Flacianis: ideoq omittimus prolixiorem excusationem huius nostræ assertionis. Interim tamen hoc monendi estis non omnes Orthodoxos eodem modo exponere illa ut vos. Sed quia ut constat, ad institutum nihil faciunt, omittimus ea.
Vultis autem persvadere hominibus vestras illas imaginationes Capernaititas verbo Dei proditas et expressas esse, nec dubitamus quin incautiores vobis hoc credant. Studiosi autem rimatores veritatis vobis non habent fidem, et pro nugis habent huiusmodi assertiores: vosq assimilant Vlenspiglio, qui incidens in multos cæcos dixerat: ecce do vobis summam pecuniæ inter vos partiendam: quum tamen nihil daret. Quum autem quisq cæcorum putaret, quod cuidam socio data fuisset illa summa pecuniæ, unanimiter etiam gratias egerunt. Vlenspiglio. Postquam autem putarunt iam omnino discessisse Vlenspiglium: et modo ab uno modo ab altero quisq suam partem postulasset: unusquisq autem negasset sibi quicquam esse datum: crederet autem omnino alicui

esse datam illam summam pecuniæ, eumq; qui
eam accepisset, eam sibi soli retinere velle: iurga-
ti invicem sunt ac tandem et manus conserue-
runt. Hoc vero discriminis inter vos et Vlenspi-
glium esse putant, quod vos talia non animo conci-
tandi vestros discipulos ut inter se digladientur,
affirmetis, quod sane institutum fuit Vlenspi-
glij apud cæcos illos, sed aliquos ipsos etiam cæcos
et imprudentes, et putantes se habere in sua cru-
mena pecuniam, quam promittunt suis cæcis, dareq;
aliquid pecuniæ, id est aliquid confirmationis solidæ:
quum tamen revera nulla sit, aliquos vero non
omnino cæcos, cæcis autem collegis in autoritate con-
stitutis, vel etiam verè Vlenspiglijs (quales sunt Fla-
cianici turbatores aliqui, qui sua theatra concitant,
contra multos preciosos in conspectu Domini martyres).
credentes dissimulare et simulare. Speramus autem,
quod cognita hac nostra responsione cautiores futuri si-
tis, erroremq; vestrum agnituri.

Argumentationem a resurrectione mortuorum desumpta
diligentius quæso expendite et videbitis eiusdem esse
farinæ cum ea, quam proximè reprehendimus. Si-

Sacrae literae nos docerent, quod corpus Domini hanc suae naturae mutationem passum esset, ut simul et semel nunc sit in diversis locis corporaliter id est localiter: sine dubio id crederemus. Vestris autem argumentationibus a posse ad inesse institutis nunquam cuiquam cordato et bene instituto in caelesti doctrina persuadebitis id ipsum: neq ut vestram illam Capernaiticam imaginationem de participatione corporali corporis et sanguinis Domini habeant pro articulo fidei: neq ut credant verbo Dei repugnare, quod vana hominum commenta sensuum iudicio diiudicantur et refutantur, quod corporis corporalis praesentia instrumentis corporis deprehendi posse statuitur. Sic enim pastores etiam corporalem praesentiam Salvatoris nostri in praesepi, discipuli autem resuscitati a mortuis et in medio eorum versantis deprehenderunt. Ac omnino frustra apud eosdem nos accusatis, quod statuamus articulos fidei, sensuum iudicio perpendendos vel confirmandos esse.

Similitudine a vobis adducta de Eva nolumus char-

tas multas implere. Speramus enim, quod lectis his nostris intellecturi sitis, quam pueriliter in eo nugati sitis: et quemadmodum vos potius similes sitis morioni illi, qui audito, quod fame superari possent Civitates, et arces validæ, ira concepta contra Dominum suum, seipsum fame, fere enecave-rat.

Ad quartum argumentum eodem modo respondetis, ut ad priora, id non ex verbo Dei, sed ex mera imaginatione et curiositate humana ortum esse. Quanobrem remittimus vos ad priores nostras responsiones, ut denuo eas legatis, si eas nondum satis in memoria comprehendistis: et speramus quod agnituri sitis vestros errores: et quam inepte vos comparueritis cum Papistis: et quam etiam nostri Gagkahuoi non sint contumeliosi in Salvatorem nostrum: sed Capernaiticarum saltem imaginationum futilitatem patefaciant. Quam non stricte adhæreatis, verbis institutionis Cœnæ Sacræ speramus vos ex superioribus cognovisse: et vos ad ea remittimus ut ea relegatis si non satis in memoria habetis Inde intelligetis quam futiliter nos curiosi,

atetis accusatis. Nec vero illa quæ nos scripsi-
mus de gloria Christi inania sunt propterea quod
plura de gloria Christi dici possunt. Ac sufficit
nobis, quod vos illa quæ nos scripsimus negare
non potestis. Si Sacræ literæ nos docerent, quod
corpus Christi in Sacra Cœna ore carnali perci-
piatur ab omnibus de pane participantibus:
id sine dubio crederemus. Sed est a nobis satis
nostro judicio declaratum, quod hæ tantum
sunt Capernaiticæ vestræ imaginationes. Quam
obrem neq metuimus nobis talem responsionem
a Salvatore nostro. Quid quæso an non os carnale
est locus? An non quod in ore carnali carnaliter
et corporaliter adest, localiter adest? An putatis
homines cordatos vobis credere, quod supra scripsistis:
vos Capernaiticas imaginationes non minus quam
quisq alius improbare et rejicere? Erratis toto
cœlo dum hoc vobis persuadetis.
Quæ commemoratio de ejus passionibus nihil in-
fringunt nostrum argumentum. Illa Salvatorem
nostrum pati, necesse fuit tempore humiliationis

suæ propter peccata nostra. Nunc autem cor-
pus eius exemptum est ab omnibus corporalibus
et carnalibus iniurijs. ~~et tamen potest~~ Nunc id ver-
satur in maiestate et gloria, nec opus habet, ut
se exponat ullis carnalibus vel corporalibus in-
iurys: et tamen potest tueri suam veritatem et
omnipotentiam. Est vero puerile, quod contra hæc
præoccupatis: Sacram Cœnam institutam esse
tempore humiliationis. Putatis ne ideo Salvatorem
nostrum etiam tempore exaltationis suæ ad corpo-
rales iniurias se obligasse? An putatis Salvatorem
nostrum ideo instituisse Sacram Cœnam, ut
testaretur quod etiam tempore glorificationis suæ
corporalibus iniurys subiectum sit corpus suum?
Videte quæso quam pueriliter nugemini. Immo id
modo vidistis dum ipsi etiam rejicitis hanc respon-
sionem. Sed interim tamen malefacitis, quod
vestrum errorem adhuc extenuatis, dum vocatis
offensiunculam læsæ gloriæ Christi.

Non minus puerile est quod subiungitis de Con-

cameliis, quae inferuntur Salvatori nostro per Tyrrannos, per maledicos et alios in hoc genere scelestos. Etiamsi enim Salvator noster propterea non deycitur ex suo throno: sicuti etiam non, etiamsi vos Capernaiticè nugamini: tamen in omnibus illis sine dubio peccatur. Nec esse alicuius momenti praetextum illum, quo credi vobis vultis, quod ex institutione et mandato Salvatoris nostri participetis corporaliter de ipsius carne et Sanguine supra satis declaratum est: ut speremus vos credituros, quod Salvator noster non minus ad vestras Capernaiticas imaginationes respondeat, quam olim respondit ipsis Capernaitis: caro non prodest quicquam. Verba quae ego locutus sum, Spiritus et Vita sunt.

In responsione ad ultimum argumentum non quidem ludere vos dicimus, siquidem videmini esse boni viri, et non Flaciani: sed imprudentia quadam (quam saepè nos miseri mortales in hac nostra infirmitate naturae incurrimus) vos seducere vosmet ipsos, insufficienti enumeratione eorum quae si-

cramentis insunt. Debebatis enim ante omnia considerasse definitionem Sacramentorum, quae si, ne dubio debet naturam Sacramentorum expli„care, ut est quod Sacramenta sunt ritus externi te„stificantes de promissione Evangelij: seu ut definit Augustinus, quod sunt signa visibilia in„visibilis gratiae. Vestra vero corporalis manduca„tio corporis corporaliter praesentis, neq est signum visibile, et ipsi oculi testantur et ipsa etiam vestra doctrina expresse affirmans invisibiliter adesse cor„pus et Sanguinem Domini. Non autem esse invisi„bilem gratiam inde constat, quod invisibilis gratia communis fuit etiam hominibus Sanctis ante na„tum Salvatorem nostrum. Vestra autem illa cor„poralis ~~[illegible]~~ manducatio corporis corporaliter praesentis neq est signum visibile, neq est invisibilis gratia. Er„go est quiddam pugnans cum natura sacramentorum. Non autem esse signum visibile et ipsi oculi testan„tur, et ipsa etiam vestra doctrina expresse affirmans invisibiliter adesse corpus et Sanguinem Domini. Non autem esse invisibilem gratiam inde constat,

quod invisibilis gratia communis fuit etiam hominibus sanctis ante natum salvatorem nostrum. Vestra autem illa corporalis participatio est quiddam novum et peculiare Novi Testamenti.

Deinde finem primarium qui etiam est formale præcipuum Sacramentorum: siquidem Sacramenta relativa sunt, etiam debebatis considerasse ut est unio nostri cum Salvatore nostro talis ut reddamur eius membra caro de carne eius et os de ossibus eius. Hæc ipsa res autem non est quiddam corporale vel carnale vel locale, qualis est vestra illa Capernaitica imaginatio de corporali et carnali participatione corporis et Sanguinis Domini, sed est quiddam spirituale non satis pervestigabile rationi nostræ. A quibusdam hæc distingvitur in corporalem et Spiritualem cogitione magis quam re ipsa. Nam simul et semel unimur et ipsi corpori Salvatoris nostri et ipsi divinæ eius naturæ, atq ita etiam toti divinitati. Vnionem autem cum corpore vocant corporalem unionem nostri et Salvatoris nostri ad distinctionem

unionis quæ fit cum divinitate, quam peculiari-
ter Spiritualem unionem nostri et Salvatoris no-
stri vocant. Omnino vero utraq hæc ita subtiliter
distincta, unio etiam fidelibus qui vixerunt an-
te natum Salvatorem nostrum contigit, atq ita ni-
hil aliud est quam Spiritualis unio a nobis sum-
matim definita. Quatenus vero illam partem Cœ-
næ, quæ dignis et indignis communis est voce-
mus participationem corporalem in superioribus
satis est declaratum: ubi etiam refutata est vestra
doctrina de corporali et carnali participatione ipsi-
us corporis et sanguinis Domini derivata ex Caper-
naiticis speculationibus. Quamobrem supersede-
mus a repetitione eorundem. Hoc sane constare pu-
tamus: sicuti Sacræ Cœnæ res duæ sunt, terrenæ
et cœlestes: terrenæ ut panis et vinum, quæ sæpe
sacramenta, sæpè signa, sæpè symbola, sæpè alys
ab Orthodoxis patribus insigniuntur: cœlestes autem
corpus et Sanguis Domini, quæ res signatæ, res si-
gnificatæ et virtutes sacramentorum vocantur:
ita duplicem etiam esse participationem, corpora-

lem nempe illam quæ a nobis definita est, secundum
analogiam fidei et Augustinum optime ad vivum de-
lineantem, atque interim locos suos obscuriores per-
spicue explicantem: et spiritualem summatim
a nobis definitam. Huic veritatis doctrinæ quum
vos immiscueritis quasdam supernaturales ut de-
claratum est imaginationes, atque ita doctrinæ veri-
tatis contradicitis: satis ostenditis et confitemi-
nis etiam vos ipsi vestram doctrinam pugnare cum
natura et proprietate Sacramentorum. Quod au-
tem vos virtutem et mysterium Sacramentorum
definitis esse confirmationem fidei non est absur-
dum. Est enim etiam ille finis valde illustris.
Sed est tamen illa a vobis assignata virtus,
et mysterium Sacramentorum finis secundarius
respectu prius assignati. Sicut enim subinde
magis unimur Salvatori nostro per fidem in
verbo quidem tanquam Salvatori nostro benignissimo,
in baptismo autem tanquam lavacro, quod ablu-
it peccata nostra et in Cœna Sacra tanquam cibo
et potu quo alimur ad vitam æternam: ita subin-

de majus augmentum sumit fides nostra, et ita
subinde fides nostra magis confirmatur. Quan-
tumvis autem quis a vobis assignatam finem
pro primario habeat, atq ita etiam pro ipsa forma
Sacramentorum: tamen etiam hic pugnatis cum
natura et proprietate Sacramentorum. Certum
enim est quod Sacramenta non sint Sacramenta
nisi in usu. Indignis autem Sacramenta hunc
usum præstare non possunt in eis fidem confirma-
re quæ in eis nulla est. Indignis igitur Sacra-
menta non sunt Sacramenta: atq ita indigni non
participant corpus et sanguinem Domini. Ortho-
doxam hanc doctrinam continent etiam dicta, quæ
ex Augustino annotastis, ut pote quod virtutem
Sacramentorum dicit esse gratiam quæ per Sa-
cramenta significatur. Gratiæ enim Dei acceptum
referre debemus quod per fidem unimur Salva-
tori nostro, et quo magis ei unimur eo magis
etiam augetur et confirmatur fides nostra.
Quod autem porro etiam scribit Augustinus: pa-
nem, qui de cælo descendit significatum esse

per manna, item per altare Dei, et quod sub-
iungit mannam et altare sacramenta fuisse,
in signis quidem diversa, sed in re paria, et
quod porro etiam subiungit ex Paulo: Patres
eandem escam Spiritualem manducarunt Spi-
ritualem atque eandem, nam corporalem alte-
ram, nam illi manna nos aliud, id potest esse
instar illustris commentarij de nostra doctrina
et evidentis refutationis Capernaiticarum ve-
strarum imaginationum. Videtis Augustinum in
Sacramentis duo tantum agnoscere, signa nempe
et rem, quam antea etiam virtutem vel gratiam Sacramento-
rum vocavit. Signorum escam dicit esse corporalem.
Rei autem et Virtutis et gratiae escam Spiritua-
lem. Ad quam igitur partem vos referetis corpus
et sanguinem Domini? An signis ea annumerabitis
Non est credibile. Signa enim sunt res visibiles.
Corpus autem et Sanguis Domini et oculis et vobis
dum scribitis ea invisibiliter adesse, testibus invisi-
bilia sunt. Necessario igitur ad rem, virtutem, et
gratiam referetis Corpus et Sanguinem Domini. Ve-

rum res, virtus, gratia, est Spiritualis Esca est com„
munis. etiam Patribus qui vixerunt ante natum Sal„
vatorem. Vbi nunc est corporalis illa vestra participa„
tio corporis et Sanguinis Domini, quæ fit corporali„
ter ore carnali? Quid igitur miramini vobis oppo„
ni autoritatem Augustini? Vndenam vobis venit
illa persuasio, ut crederetis eum Sententiæ Domi„
ni a Lasco in hac controversia quam maxime adver„
sari. An forte noverunt vos metonimicæ locutiones
Augustini et aliorum quorundam. De his supra satis
multa diximus, quæ sufficere putamus. Si qua ergo
apud vos S. Augustini est autoritas: in viam redi„
te nec amplius indulgete Capernaiticis imaginationibus.
Quod vero ex Psalmi 33 explicatione An adducitis
Augustini dictum, non satis bona fide commemora„
tis. omittitis enim vocem quodammodo. Augustinus
enim dicit Christum seipsum quodammodo suis ge„
stasse manibus. Vt vero etiam maxime negligatur illa
vox: tamen quoniam constat de simplici sententia Augu„
stini: huiusmodi figuratæ locutiones neminem turbare

debent. Verecundiam igitur incutiant vobis eti-
am alia incommoda et absurda contra scriptu-
ras, quæ vitari cum Capernaiticis vestris ima-
ginationibus non possunt. Omittimus autem ea
brevitatis causa: præsertim quum non dubitemus,
hæc vobis sufficere posse, ut intelligatis vos obycere
vobis non absurda deliræ rationis vel sensuum sed
expressum et perspicuum Dei verbum. Quod vero
deinde spiritualem communionem et eam qua Sal-
vator noster suam nobis carnem revera ad vescen-
dum impertit, ab invicem distinguitis imprudentia est,
Si id fieret a Flacianis: diceremus esse impudentiam:
novimus enim quam sint illi petulanter impuden-
tes. In eo enim sentitis idem quod nos, quod Sal-
vator noster Joh. 6 loquitur de spirituali communi-
one corporis et sanguinis sui, quod sane etiam te-
statum fecistis in hoc vestro scripto, ad quod dire-
cta est vestra hæc responsio. Sed facta etiam non
ignoratis in eodem capite dici ab eodem: Carnem
suam vere esse cibum, et sanguinem suum vere esse

potum. Siquidem igitur in Spirituali communione caro Salvatoris nostri verè est cibus, et sanguis eius verè est potus: quid obsecro valet distinctio vestra? An non videtis Spiritualiter manducare corpus Domini et spiritualiter bibere sanguinem eiusdem esse verè manducare corpus Domini, et verè bibere sanguinem eiusdem? Valet sanè tamen, si non verba, sed sensum vestrum spectemus. Corporalem enim illam intelligitis qua ore carnali vos comedere corpus Domini corporaliter præsens vobis imaginamini: de qua sane iam nihil amplius scribemus, siquidem putamus quod satis superq[ue] ea a nobis in superioribus confutata sit. Ex eisdem Capernaiticis imaginationibus promanavit, quod communionem apud Paulum interpretamini partitionem ac distributionem. Analogia doctrinæ Sacræ quam vobis patefecimus longe aliud vos docet. Non igitur habetis iustam causam propter quam respuatis nostrum consensum, vel quid amplius desideretis. Sed si quid ab his quæ tradidimus dissentire deprehendetis

id habebitis pro erroneo. Cum Scriptura hæc vel
cum verbis Christi cænam instituentis, consentire
forte amplius non dubitabitis ubi hæc in timore
Dej et invocatione auxilij divini quam diligentissi-
me cognoveritis. In hoc sine dubio acquiescere pote-
stis: etiamsi vobis multi a nobis dissentire vi-
dentur, quos nos vobiscum consentire putamus.
Nos sane in animo habemus etiam ea quæ speciem
dissensionis habent amicè accipere et dextre inter-
pretari: potissimum autem eorum scripta qui modo
mortui sunt. Certum enim est calumnijs et exagitati-
onibus ejusmodi, qualibus mirificè sibi placent Flac-
ciani non tantum non ædificari Ecclesiam, sed
magis destruj et dissipari. Quod vero sæpè iactastis
vos confirmari in vestra sententia præter cætera
etiam magno quodam consensu multorum bonorum:
in hoc vobis autores sumus ut caveatis nec sinatis vos
vel odio aliquorum, vel amicitia a vera sententia ab-
ripi, sed memores potius sitis illius Aristotelici dicti,
Amicus Plato, amicus Socrates sed magis amica
veritas. Judicijs favor atq odium melioribus obstat.

Esaias Propheta maledictum pronunciat, qui carnem ponit brachium suum. Quominus etiam consentium multitudinem vel etiam autoritatem iactare volueritis, invenietis longe maiorem multitudinem eorum esse, qui a nostris sunt partibus, et quidem martyrio clarorum, quam eorum qui a vestris sunt partibus etiam qualitercunque numeratorum. Reputate modo rem recta via. Si vero nostra haec responsio vobis nondum omnino satisfecerit: non gravatim adornabimus etiam aliam in qua explicabimus, quodcunque praeterea explicari volueritis, ut tandem salutaris possit inter nos esse consensus, quo gloria nominis Divini quam latissime in hac miseriarum valle propagari et Ecclesia Dei sine non necessariis distractionibus aedificari possit.

Rndi et meritissimi in Ecclesia Senis Dni Bartholomaej Bithnerj Ad duas Quæstiones de Socinianis responsio.

1 An cum illis sit disputandum R negant nostri

1 Certi sumus de Veritate Religionis nostræ quam Confessio nostra Sendomiria in generali Synodo edita iam pridem mundo manifestavit. Nihil ergo nunc nova velitatione opus est, qua disquiramus: Sitne verum illud quod hactenus tanto consensu professi simus. Qui enim credit non dubitat. Habentes au,, tem eundem Spiritum fidej credimus propter quod et loquimur 2 Cor 4

2 Disputationes sive illæ fuerunt, publicæ, seu pri,, vatæ nunquam quicquam boni effecere. Vtraq pars semper cum suis opinionibus domum redijt, et vi,, cta de præiudicio sibi facto et veritatis oppressio,, ne quæsta est. Id quod omnium ætatum et nostræ exemplis probari potest

3 Immo disputationes theatricæ multa mala parti in nocenti attulere seditiones invasiones diruptiones ca,,

lumnias, scripta famosa, odia, persequutionesq maiore.
Id quod vel ex postrema Lubinensi horum cum Dis,
calceatis disputatione liquet. Vt non immeritò Luthe,,
rus de eiusmodi Disputationibus dixerit.

Hoc scio pro certo quod si cum stercore certo
Vinco seu vincor, semper ego maculor.

4 In disputationibus eiusmodi ut plurimum veritatis
indagatio sed scientiæ ostentatio quæritur. Non conce,,
dit igitur alterutra pars ut sua laude privetur, ne
nihil scivisse, causa cecidisse confusaq abysse dicatur.
Hinc tot Sophistica excogitantur argumenta, hinc cla,,
mores invectivi, frequentes Ironiæ, Sarcasmi, Scomma,,
ta, quibus saltem pars adversa ad perpetuam confusi,,
onem deducatur. Hinc tot Triumphi et επιχαιρεκα,,
κιαι adversariorum incitata plebs in suos Antagoni,,
stas magis exacerbatur et concitata fidentius sævit.

5 Id ipsum iam e Confessionibus nostris compertum
habent, quid nos credamus et profiteamur in religione no,,
stra. Nos quoq aliqua ex parte e Catechesi seu confes,,
sione ipsorum publicata, scire possumus quid ipsi
credant, et profiteantur. Ad quid igitur novæ Dispu,,
tationes instituendæ?

6 Nobis id in Generali Synodo Cracoviana Anno Christi 1573 sub actu quarto pag: 42 Consensus nostri manifestè prohibitum est, ne ullas disputationes ipsorum admittamus. Id quod etiam ex Synodo Generali Toruniensi Anno 1595 Cap 7 confirmatum est. Quod autem semel placuit, displicere nunquam debet.

7 Extat adhuc Colloquium Petricoviense. Anno Chri 1578 inter utramq partem habitum in quo sufficienter adversa pars in Arianabaptistis refutata esse dicitur. Modicum autem fermentum totam massam corrumpit. Gal 5. Et corrumpunt bonos mores colloquia prava 1 Cor 15 Sic olim Maiores nostri sibi a maioribus eorum caverunt, sub nomine Cerinthi, Pauli Samosatini, Photini, Ary, Pelagy, Macedony, Eunomy, et similium.

Meo iudicio. Non disputatio Theatrica in qua Scientia inflat. sed collatio fraterna in qua Charitas aedificat ibidem in mutua congregatione potius expetenda esset.

II An cum illis Concordia sit sancienda.
R̸ negatur a nostratibus.

1 Sumus membra unius corporis. Inconsultum igitur foret a cæteris commembris in tot regnis existentibus contra communem Consensum jam pridem initum nos separemus atq; adversarys adiun[g]emus. Et si quid eiusmodi sentiremus, suspitionem apostasiæ et inconstantiæ apud alias Ecclesias haudquaquam evitaremus. Præstat igitur hosce paucos quam tot Christi Ecclesias irritare.

2 Dogmata inter utramq partem adeo discrepant, ut citius aqua igni conciliari posse videatur, quam hæc inter sese. Prorsus enim secus docetur de Scriptura S: genuino intellectu et interpretatione, de Dei Essentia et personis earumq unitate. De vero Dei cultu et invocatione, de Dei providentia, prædestinatione, alijsq divinis attributis, de hominis lapsu, libero arbitrio mortalitate et resurrectione: de Christo Servatore, eius persona, origine, officijs, deq universâ nostræ redemptionis ac reparationis ratione, de differentia Legis et Evangely, de iustificatione hominis eiusq conversione et sanctificatione: de fide et bonis operibus, de Ecclesia eiusq certis notis, de Ministris Ecclesiæ,

eorumq legitima vocatione, ordinatione, missione et officio de Signis Sacris sive Sacramentis in Ecclesia. De Baptismo eiusq materia, forma, personis baptisan-tibus et baptisandis: de Cæna Domini eius ritibus et alys Cæremonys de Magistratu Politico: et si qua sunt alia nondum cognita.

3 Catechesis seu Confessio ipsorum publica (ut aliorū præteream scripta) plurimis scatet perplexitatibus et paradoxis quæ vel nominare saltem refutare est. Verbi gratia Pag 63. To urodzenie zistnosci Oycowskiey iest zgola niepodobne. Pag 66. Bo istność poniewaß iedna iest wliczbie zadną miarą wielom spolna byc niemoze. Pag 69 Madrosc Boska osobą nie iest ani byc moze. Pag 75 Słowa Hieronimi z3 mogą się obrocie do Israela. Pag 81 To słowo przyidzie nademnią przełozone byc mogło, będzie. Pag 95 To słowo wieki, znaczyc moze przeszłe teraznieysze przyszłe. Pag 102 Moze sie to figuratiue rozumiec. Pag 104 W tey mowie (nie kusmy Christusa) moze byc kto inßy rozumiany okrom Christusa. Pag 105 Słowa Luc 12 V 41 rozumiec się maią o

Bogu Oycu. Pag 107. Słowa mowa ciałem się stała
mogą y maią bydz przełozone takim sposobem. Mowa
ciałem była pag 112. Bog w Ciele okazany to się rzec
może o Bogu Oycu. Pag 113. Bog to iest wola iego
o zbawieniu ludzkim wiadoma się stała. Pag 115
Przyszedł w Ciele to iest Vrząd swoy na ziemi bez wsze-
lakiey okazałości Swieckiey w wielkiey godłości y
wzgardzie odprawował. Pag 116 Swiat do ktorego Pan
Iezus przyszedł może być y on iest Swiat przyszły.
Wchodzic ~~ten~~ w ten Swiat iest wnisc do Nieba. Ale
mi ciało sprawił, znaczyc może ciało nieśmiertelne
Pag 124 Syn Boży zadną miarą natury Boskiey
mieć nie mogł Pag 125 Co się zadnym sposobem o tym
ktoryby z natury Bogiem był mowic nie może. Pag
132. Słowo to Bostwo znaczyc może Wolą Bożą. Te
słowa w nim mogą się rozumiec nie o osobie ale o
nauce Pana Christusowey. Pag 133. Może kto
mieć chwałę u Oyca przed założeniem Swiata, a przed
się nie być Bogiem z natury pag 136 Słowa zstąpił
z nieba mogą się figuralnym sposobem rozumiec Pag
140 Pan Christus nie zgoła, ale pewnym względem
iest nazwany iedynym Panem, przez ktorego wszystko

Pag 143 Christusowi ta wiara nie nalezy cho,
ciaß wen wierszyc mamy Pag 234 Slowo to y
tak wiele znaczyc moze iako to iest pag 235 Wßak,
ze mogłyby się teß te słowa tak rozumiec. ali,
ter Alios Labyrinthos ingredior. Quod ergo multi,
pliciter intelligitur illud communiter ignoratur,
Et quod volumus verum est.

4 Incertum foret quomodo hæc concordia cum illis
esset sancienda quando ipsismet nondum in tota Re,
ligionis, dogmatum, fideiq articulorum forma conve,
niat: sed quotannis ab eis mutari et corrigi ali,
quid dicitur. Verbi gratia. Nunc neminem nisi a se
mersum ad communionem suam admittunt, nunc ali,
bi baptisatos non rebaptisant; nunc Baptismum in,
ter adiaphora et hoc tempore non necessaria ad salutem
reijciunt. Et de Similibus idem est iudicium. Quis
autem facile certa propter incerta relinquet? convin,
cere nulli.

5 Aiunt homines istos esse inflatos et arrogantes
et per istam unionem nihil aliud quam sub specie
disciplinæ prædominationem simplicioribus Evan,
gelicis quærere: quas si semel in suam pertraxerit
nassam pedetentim facultatibus exueret, seditarent.

ut multos in cor suos hactenus factum asseritur.

6 Intercesserunt hactenus haud levia odia quorum autor et incentor hoc tempore Dn. Chrząstowski suis intempestivis rapsodys neq aliquanto mitior factus est in suo libello Dn. Daniel Clementinus. Hæc igitur prius essent in fraterna charitate mitiganda, lenienda, e medioq tollenda. Amicitia enim haud facile coire potest, ubi rancor intimus obest, et animus hominis magis ducitur quam trahitur.

7 In Articulis confessionis nostræ eiuravimus multas veteres Hæreses. quam isti nunc rej perhibenter. Inter alias Ebionitarum, Samosatenianorum, Photinianorum, Arrianorum, Macedony, Pelagij et similium. Quomodo autem rursum illis post liminio revocaturi sumus? Lavi pedes meus quomodo inquinabo illos. Cant. 5.

8 Fieri id neutiquam posset citra generalis Synodi consensum, sive intra sive extra Poloniæ fines. Quis autem hunc aut ubinam locorum hoc præsertim tempore coget? qui sumptus suppeditabit? quum inter nos et ipsos sint ultra centum articuli controversi qui singuli ex fundamento eruti multum temporis ad conciliandum requirerent.

8 Veruntamen secent nobis hanc glatiem decla-
rentq modum quo et nostra et ipsorum Religio sar-
ta tecta conservatur: idq non in uno aliquo dun-
taxat, sed in omnibus dogmatis controversis, ut
videri possit quale aedificium utrinq futurum et
sperandum sit. Nostri compendio usi Confessi-
onem Sendomiriam quibusdam obtulerunt. forsi-
tan ipsi quoq suam nobis oblaturi sunt. Quas vero
ipsi causas praetendunt quominus nostrorum Con-
fessioni subscribant, easdem haud dubie et nostri
producent, cur ipsorum confessioni subscribere nequeant.

Meo iuditio. Regia via hic incedendum quae ta-
men inter partes Dissidentes nondum propalata
est. Quam ut Deus si placuerit utriq parti mani-
festet orandum.

Occasus Antichristi
seu
Mentis septem Phialarum Apocal. XVI. quantum adhuc datum est Investigatio.

Quam divino prius implorato lumine, deq[ue] qua„
litunq[ue] tr eius accenso nobis radio actis gra.
tys, per Hypotheses primum deinde per singu„
larum Phialarum explicationem sic instituo.

Hypotheses

1 Effusio Phialarum significat Ruinam Bestiæ Anti„
christianæ, seu Regni Pontificalis: idq[ue] ex textu ipso
manifestum est, ut de Phiala prima vers 2. de quinta
Vid: etiam: vers: 10 et de ultima vers 19. Non igitur Phialæ
c: 15 v 2. prius incipiendæ quam Bestia cœperit ad occasum
suum vergere.

2 Septem Phialæ totidem sunt istius Ruinæ gra„
dus: Sicut enim Bestia gradatim succrevit ita gra.
datim quoq[ue] abolebitur.

3 Quicquid tandem fuerit in quod Phialarum una
quæq[ue] effunditur, illud damnum et iacturam accipit

a Phiala: nam Phialæ effusio effusio est iræ Dei. Nulla igitur interpretatio stare potest qua Effusio Phialæ in bonum eius cedat in quod effunditur.

4 Terra, Mare, Fluvij Sol aliquid sunt de Bestia Antichristiana instar Terræ instar Maris instar Fluviorum, instar Solis. Nam Phialæ omnes in Bestiam effunduntur: ergo et singulæ in aliquid Bestiæ, aut alioquin ipsi annexum.

5 Totum Bestiæ ~~corpus~~ seu Vniversitas Antichristiana a Spiritu Sancto tacite comparatur Systemati mundano cuius partes sunt. Terra, Mare, Flumina, Cælum, Stellæ. Ita ut Terra in Vniversitate Pontificia dicatur id quod sit instar Telluris in Mundo Physico, Mare quod sit Maris instar. Fluvij quod Fluviorum, Sol quod Solis

Expositio Phialarum ad amussim Hypotheseon.

Phiala Prima in Terram Bestiæ.

Terra in Vniversitate Antichristiana designat.

Christianorum congeriem, seu populum Christianum, Scabellum (proh dolor et pudor!) Antichristi; cui tanquam Basi superstruitur Moles illa Hierarchica, quæ Turris instar Babylonicæ ad Cælum usque fastigiatur. Ita enim in Mundo naturali, Terra est Basis Universi et scabellum Dei.

In hanc Terram Pontificiam effusa Phiala ihico ex humore mordaci et bilioso jam a multo tempore intus præter naturam collecto et cumulato adeo, partibus suis nonnullis intumuit Bestia ut facta solutione continui, Ulcera ingenti cum dolore erumperent, eaque tetra adeo et maligna, ut cum reliquas partes depascerent, sanari tamen non potuerint, sed nec cicatrice ulla obduci, qua non dirupta ilicò renovarentur.

ἕλκος κακὸν καὶ πονηρόν.

Id est, cum a Valdensium usque Wickliffi Hussique temporibus plurimi Christianorum sese ab unitate Ecclesiæ Pontificiæ manifesto solvere cœpissent: exinde corpus Antichristianum ab acerrimis istis Agni Zelotis intus divulsum tanquam ex solutione continui magno suo cum Cruciatu imo et febri deforme evasit et Ulcerosum.

Phiala 2da in
Mare Bestiæ.

Mare autem in Mundo Antichristiano est communionis Pontificiæ comprehensio, qua non singuli tantum Christiani Homines sed integræ gentes, populi, Regna, multum alioquin inter se disiuncta, divulsaq; in Unum congregantur. Quemadmodum enim terræ Partes non cohærent sine Humidi coagulo, ita neq; Telluris Pontificiæ partes sine hoc Mari. Vel Mare Antichristianum est Iurisdictionis seu Ditionis Pontificalis ambitus quo Homines et gentes Christicolas complectitur et involvit sicut Mare terram.

μα ὡς / κρου

In hoc mare Phiala effusa factum est illico sanguini concreto simile, qualis solet esse Cadaveris et membri abscisi, et quod soluto cum vitali fonte commercio Spiritus calorisq; inde fluxu destituitur.

Ita cum a Lutheri cæterorumq; illustrium aut illius aut Reformatorum temporibus non iam Christicolæ aliquot singulares ab unitate Antichristiana recedunt, sed integræ Provinciæ, Diœceses, Regna, Natio-

nes, Communioni Pontificali renunciarunt, mag-
naq amplissimæ olim Ditionis mutilatione se-
se a corpore Bestiæ absciderunt: factum est mare
Ditionis Pontificalis non minima sui parte mor-
tuum instarq Cruoris Cadaveris, in quo Anima-
lia Pontificia spirare amplius et vivere non po-
tuerint.

Phiala 3ia in Flumina et Fontes aquarum Bestiæ.

Flumina et Fontes Antichristiani Orbis sunt
Jurisdictionis Antichristianæ Ministri et
Patroni sive Ecclesiastici fuerint, ut sunt Jesuitæ
aliiq Sacerdotes Emissary; sive etiam Laici ut
Hispaniti Ligistæ, quorum utriq ut a Jurisdictio-
ne ista delegatione et mandata accipiunt (quem-
admodum et Flumina originem ducunt ex Mari)
ita ad eam amplificandam et conservandam ope-
ram et opes suas conferunt, sicut et Flumina ad
Mare revertuntur:

Hæc autem Flumina dum alveos suos (quo

ταμοι κ εγενετο ιμα.

iam illis integrum ultra non erat) temere per-
sequantur iusto Dej iudicio a tertiæ Phialæ
effusione cruentanda veniunt quia nempe San-
ctos Dej et Prophetas eius iam antea cruentassent.

Quod de Emissarijs Ecclesiasticis cum assectis
suis tunc impletum vidimus (quando (quod alias
nusquam factum) in Anglia nostra Elizabetha glo-
riosa regnante, ~~atq~~ etiam postea Sanguinarij
istius Babilonis procuratores, etiam latis eo no-
mine legibus procurationem suam sanguine luerunt
Nec isti tantum sed multo istis formidabiliores
Ligistæ Hispanici suam Antichristo ditionem
Armis vindicaturi Sanguinem sitientes, Sanguinem
anno præsertim 88 mirabili et sequentibus plenis
haustibus biberunt. Anglis et Belgis potenti Dej
manu affatim infundentibus. Adeo ut tam hic
quam illic non ab Insulanis tantummodo ipsis
sanguinem suum olim effusum iam ulciscentibus,
Sed etiam a vicinis adhuc sub cruce et altari im-
mo recenti tum Laniena gementibus iustis et veris
Dej iudicijs mirificè acclamatum fuerit.

Phiala 4ta in Solem Bestiæ.

Sol quid sit in Systemate Papali ut sciamq; quid Cælum ibi sit prius inquirendum est. Nam in omnibus Analogia servanda neq Sol nisi in Cælo ponendus est. Et quid ni Vicedeus Romanus suum quoq haberet cælum? * Cælum igitur in Mundo Antichristiano vel est ipsa magna et universalis Potestas Pontificia vel omnino quicquid usquam est sublimioris regiæq Potestatis in Mundo isto Bestiali: id est in tota Universitate Provinciarum Romanum Pontificem pro capite agnoscentium. Ita namq in Mundo Physico notione Hebræorum omne quod sursum est supraq terras et aquam Cælum dicitur. Jam in isthoc Cælo Antichristiano plurimæ sunt stellæ diversæq magnitudinis, Principes, Duces, Præsules, Reguli, Reges: Sunt et magna luminaria instar Solis et Lunæ quæ omnia cæli istius motu circumaguntur. Ex istis

* Simili plane (ni fallor) notione accipienda sunt quæ de Cælo, Sole, Luna, Stellis habentur: Esaiæ 17. v 10 et 13. c: 24 v 24. Jerem: c[illegible] Ezeck: c: 32 v 7. Joel c: 2 v 10 Matt 24 v 29. Item E[illegible] Sol dicitur Regia Christi Maiestas [illegible]

vero longe splendidissimum et in Papali Firmamento maximum Luminare et verè Sol istius Cæli est Imperium Austrio-Germanicum seu mavis ipsa Domus Austriaca.

In hunc Solem Phiala quarta iam iamq est effundenda ut eo in Cælo suo concusso et convulso ignibusq eius deinceps Phialæ effusori* ad evibrandum permissis æstu iam et ardore ad blasphemiam usq torreat torqueatq Orbis Antichristiani Indigenas, quos antea calore et iubare suo multum exhilarare solebat.

(...τ ἀν... Ange... καυμα... ἐν ... [illegible] ... Solis)

Cuius effusionis Mysterium Methodo Crucis° iam dudum agi cæptum brevi est absolvendum; utcunq Sol iste pleno hactenus Orbe splendescere, suosq radiorum benignitate plus solito recreare nuper visus fuerit. Unde mirandum non erit, si eo magis excanduerint eoq maiore æstuaverint indignationis igne Solipungiæ^H Papales cum Solem mutato vultu aliter radios iaculantem viderint: adeo ut tanta spe de-

* Conter ṽ 18 cap 14.

° Vide Luc 24 ṽ 26. Rom c: 8 17 29 Apoc c 11. ṽ. 7. 8: 9: 10: 11 12.

H vel Solpugæ genus Bestiolarum male[...] [...]alore

turbati Deum ipsum potius blasphemaverint, quam ut resipiscendo tribuerent ei gloriam.

Phiala 5ta in Thronum Bestiæ.

Quinta Phiala effundenda est in Thronum Bestiæ nimirum in Romam ipsam, ubi nullo amplius Spir: S: rem abscondit figurarum et allegoriarum velo forte propter ingens tunc oboriturum prophetÿs istis lumen. *

Hac autem sive Romæ ipsius, sive Italiæ saltem clade Nomen Pontificium non quidem penitus interibit sed gloria et splendore suo deinceps spoliabitur adeo ut Linguas mordeant præ dolore: interim vero ultimi excidÿ mora ad ulteriorem blasphemiam abutentur. Βασιλ εσκοτω

A tempore quo Roma primum ab Alarico capta est (cum scilicet Maiestati Imperatoriæ vulnus inflictum valde hiare cœpit) ad Annum Domini 1632 menses 42 annales (ætas Antichristi Apocaliptica) in annis Lunaribus (et si sunt Mensium anni) perfecte evolvuntur. Quid tam insigni temporis periodo futurum sit Deus novit.

* Nondum enim forsan in Urbem ipsam effundenda est Phiala sed potius in Patrimonium Petri totumq territorium Pontificis quod ab Urbe Roma usq ad ultimum Padi ostium et Paludes Veronenses porrigitur spacio milliarium Italicorum 200 i: e: stadiorum 1600 iuxta Vaticinium cap 14 p 20. An non hic est lacus extra Urbem in quo tanquam in theatro Excandescentiæ Dei calcandi sunt botri vineæ terræ vel ad sanguinis usq diluvium.

Phiala 6ta in
Euphratem Bestiae.

Sexta Phiala effunditur in Flumen illud magnum Eu-
phratem. Habebit enim tunc temporis non secus atque
tus illa suum quoq Babilon mystica Euphratem, ne tan-
ta hostium manu jam undiq obsessa statim excindere-
tur. Euphrates iste est Imperium Turcicum, unicum
futurum post Romam captam Pontificy Status mu-
nimentum. Qua autem ratione id fiet tempus opti-
me monstrabit. Sed Euphratem designare Turcas vel
quis inde colligat quod Solutio ingentis istius et
diu vincti ad magnum Flumen Euphratem Exer-
citus Equestris cap 9 v 15 de Turcis hodie ac-
cipiunt optimi Interpretum. Quanta autem a
Magno isto flumine (Sexta clangente tuba) sequu-
ta est in Orbem Christianum Exundatio, hodie satis
nimiumq (proh dolor) experimur.

Sed per Sextam Phialam exsiccandum est ingens hoc Di-
luvium et in veteres ad Euphratem alveos tandem
compellendum.* ut via sic paretur Neochristianis Israe-
litis tum ad terram Sanctam recuperandam, tum ad
copias suas non multo post coniungendas cum Christia-

[margin: ξηράνθη / φράτης]

Confer: Ezech: c: 38 v 4 initio c: 39 v 2 initio

nis Occidentis in magno prælio Armageddunticо.

Quot annis stetit Respublica Judæorum Ab Exitu ex Ægypto ad postremum eiusdem Excidium sub Vespesiano, totidem anni numerabuntur ab isto Excidio ad annum Dni 1636 vel forte 1640 Stetit enim Respub Judæorum juxta Scaligerianos Anni 1566. Nunquid eventus forsan comprobabit Consilium Dei in tam diuturna eorum tribulatione fuisse, ut totidem annis Populus iste lueret in Captivitate, quot peccaverat in Statu Reipub? Novimus Deum, tum cum olim puniret hanc gentem propter negotium Explorationis terræ Canaanitidis rationem habuisse Numeri dierum quibus Exploratores peccaverunt, in Exploranda terra. Pro numero Dierum (inquit) quibus explorastis Terram 40 dierum, unoquoq die in annum verso feretis pœnam iniquitatum vestrarum 40 annos Num: cap 14 v 34. Nam ea fuit pœnæ tunc impositæ Conditio ut dies totidem ei minimè sufficerent. Quod si ibi nihilominus Numerum spectavit Deus, quanto magis id videatur facturus, ubi liberum est Pœnæ Tempus omnino exæquare peccato sed amplius.

Phiala 7ma in Aerem.

Septima Phiala in Aerem effunditur, id est in tenues illas et prope evanidas Bestiæ Antichristianæ reliquias et Confœderatorum Turcarum in Exercitū quasi Oecumenicum communi suadente periculo a prioris Phialæ effusione per Emissarios omnigenas Magos et Dæmoniacos ad prælium Armageddunticum colligendas.

Vbi tandem Bestiæ Antichristianæ Excidium penitus consummabitur factaq non in Orbe tantum Babilonico Regum meretrici eousq adhærentium navo de Asia sed et religuis Ecclesiam Dei Sanctam una oppugnantium Tyrranorum non sine cœlesti plaga deletis tanta consequetur rerum mutatiò qualis nunquam fuit ex quo homines fuerunt super Terram. Cap. 16 vers. 18.

Benedictio honor et gloria, Ei qui insidet Throno
et Agno in secula seculorum.

Anno Domini 1623
Mense Novembri
[illegible]
Dni Frisij Palatinatensis

Scripsit I M.
C: C: S:

14/2 910
216

Lich. 3285